Fatorum secreta non prius eliucent, qm præcipuo lumine consiliorum detegantur. Occulta quidem sunt in nos molimina sed tamen fiunt palam, ubi diligenti consiliorum scrutinio deprehenduntur. Expositg verò casibus imò ruinis miserrima Respub; ubi in medium de mediis nõ proijcitur: in extremo collocantg fortunã, quã nullis adiuuantur mediis, murus autẽ obiicitur fatis ne ausit temere quod non temerariè custoditur: Sicq; obsides sunt fatorum consiliarij, qui salutem tractent publicam, ut quodam modo ipatam nobis detineant fortunam. Nonnullè læta vel aspera momenta consilio moderanda. Noscat mutatis habenis et vincendi modum tristibus non impotẽs,

nec parvo successu

nec loro successu nimius, qui spectat columen in columitatem, ubi enim non discreta decernuntur, etiam sine discrimine loer omne discrimen restantur â fortuna. Nihil sine consilio tutum, nihil sine metu securum nimis. Nec in omnia quâcunq; in aciem oculi irruent ruendum est, sed magnè iudicij delectu quæ sunt. Deteriora fuge, quæ meliora sequere. Nihil ex fortuito petit audacij petendum. Iam serò inconsultam suam navigationem dequeritur naufragus

Qualis
Non
Nunc feror in scopulos nec habent mea uela recursu.

Consilia magna consultoribus pessima.

Sorchitectis consiliorum ipsa eorum consummatio est consumptio, quæ ubi in suum surrexerunt fastigium, eorum artifices in fastidium ceciderunt. Fabilus texta suismet retibus innexus araneus; facilè in alterio sudore merguntur apes; facilè nostris relectimur inuentis quæ comministramur in aliorum dolores: cum ipsis obsint authoribus artes, plerumq; euenit ut in suum colum capita hominum confingant catenas, quas fortè aliena cervici adaptabant. Fabricamus aliis ferrea consilia, sed ipsi in compedes ituri; Suo fato infatuatus Hercules rubiem exercet, et vestem tenenatam in Gygantis interitum sua morte induit, dum eum ignis Oetheq consumit et sorbent auidæ cordia flammæ. Ic

TITVLVS 12mus

De Consue

De Consuetudine...

Eruditio Varia...

Socrates Alcibiadi admiranti quod rixosam Xantippen uxorem suam domi ferret. Respondit: Ego peridem assevi ut non magis offendar, quam si rotâ strepitum audiam.

Salomon cùm obdormivisset in templo, apparuit ei Esculapius invenit ut â frigido potu abstineret si vellet esse sanus, cui ille per somnium; quid autem si bovem curares invenis, iam diu assvetum duris frustra vocari ad delicias. — Erasmo

Rex Ægypti habuit simias doctas saltare exercitus autem ad saltum quidam nucibus avocavit, quas in medium earum injecit, quarum illa relicto lusu, et arrepto usu ad nuces vorandas assvefactæ ruerunt. — — — — Idem

Milo Crotoniates portavit integrum bovem, quia assvevent ferre vitulum. — — — Paulus

Anus quidam Syracusana assveta Dionysii Tyranni crudelitati, quotidie pro illo Diis vota libabat. Idem

Bibo quidam sensibus destitutus sepultus & abuxore digesta autem crapulâ evigilavit, ut ex sepultura pœna nihil potius quam potum juxta consuetudinem postulavit. — — — — — — Æsopo

Eruditio Sententiarum

Abeunt studia in mores artesq; magistras. Ovid

Jam clavum totamq; subit torquere carinam nauta Delixo cum Dorida vicerit usu. — — Claud

Consvetudo

Consuetudo in naturam abit et altissimè insidet Naxe
Omnium virtutum tenera sunt principia, tempore i=
psis duramentum et robora accedere. Sene
Et quæ veras virtutes parant et quæ ad placendum fu=
co quodam expectant annos donec colorem diutur. ditas
dirbat. Idem
Tam bonorum qm malorum longa conversatio amorem indu=
cit. Idem
Paulatim voluptates sunt quæ de necessitate esse desierunt
Finis dolendi est obtorpuisse. Idem
Consuetudo calamitatum monimentum d'cito in famili=
aritatem gravissima adducens. Barcla
Nunqm virtutis molle rudimentum fuit. Idem
Dediscit animus serò quod didicit diu. Sene
Ut in loco pestilenti quæ assuevere durant, ita commeo
rarum labunt assuetos. Plini
Qui blandiendo dulce nutrivit malum ferre recusat sero
quod subiit iugum. Sene
Victorias dirius incipias quàm continues. Sera
Nullus gravior nàs accepit labor, quam ille in quem
primi elementa impendi necesse est. Barcla
Primis titubans audacia furtis et non secura voluptas
Syro minantium pallescit aspectu sarisarum, de Clau=
idos veterano imbres gaudet cruoris. Auan
Crescit alta è tenui therebinthus herba. Ires
Nihil tam acerbum est in quo nò æquus animus solati=
um inveniat. Sen

Eruditio Symbolica

1 Frustrum cerè dum manu calida tractat et emollit Lem:
ex Ovidio: Ipsaq; fit utilis usu

2 Super lapidem stilla aquæ cadit et eum perforat Lem
ex Ovidio: Non vi sed sæpe cadendo

3 Annulus ex rudi ferro splendet in digitio Lem ex Ovi
Longo splendescit ab usu

4 Equus

4 Equus trahens super montem pondera adhuc ad vaci=
cem montis fatigatur Lem ex Ouid: Principio clivi no=
ster anhelat equus

5 Taurus iugo submittit collum Lem ex Ouid: Nec iuga tau=
rus amat quae tamen odit habet

6 Corrosiva aqua varias super laminam ferri figuras
exprimit Lem: ex Claud: Vitiis inolevit imago

PRAXIS.

Consuetudo difficile tollitur.

A Assuetudine peccandi succrescunt in vitiis sceleribus ex=
cusatores, et animus in flagitia promptus in excogita=
to commenta, veluti scelerato vitae praesidia habet. E=
ruere enim ex animo morem inolitum etiam pertinax
industria non ausit, si ita antequam eo perveniatur ut
in consuetudinem desierit. Naturam enim indulit imo ne=
cessitatis iugo premit, quod primis principiis suavi
lenocinio in familiaritatem sese animo ingerebat. Diffici=
lius porro est manes priorios amittere, quam erat ne
difficile admittere: paulatim hereditare volunt in ani=
mo in quo aliquandiu tolerati sunt inquilini. Deserit tan=
dem uetula quercus quam radicibus adstrinxerat terra,
si effodiant, solerti studio, inradicata consuetudo non prius
evelli quàm simul cum anima poterit. Eiciat ultra lu=
nae cursum fulminea machina molarem, non iniustius tamen
volabit, quam eum violentus protrudat metus et dese=
tum in suum dimittat centrum. Sic ad mores facilis na=
tura reverti. Tollet colorem quem induxit penicillus,
cui non potest quidquid vitii mala consuetudo menti
adsperserit. Nihil ita impressit immortali et profun=

do stylo

do stylo fortuna, quod n deleret uetustas; characteres tamen malæ consvetudinis indelebiles ut eos difficilio eraseris quàm primis lineamentis induxeris. Sic humanu genius cereus in vitia flecti, sed saxeu ab illis redire, sic sicut.

— — — — — lymettia sole
Cera remollescit tractataq; pollice multas
Vertitur in facies — — — Ouidio

Omne principium graue

Subentes vsq; primos moriuntur ad Austros, animi tyrenum ad primos difficultatum intuitus eosq; austeros. Neotolema enim virtus in novam educta aciem etiam in corde Herculeo paluit quæ necdum tonitrubis Martialibq aurem assvefecit. Imò fortissimus etiam Heros in preludiis belli expallescit, et timor generosissima quoq; colligit genua Sic qui primùm maria subeunt, iam in ipso terræ ortu commoda terrarum et navigii difficultates narrant. Sic nulla in sylvis arbor quæ iam procera sunt initio non laborauit terram frangere, et debili fastigio emicare. Sic nihil rerum videtur ipsam naturam voluisse magnum cito efficere quæ quisq; pulcherrimæ cuiq; opem difficultatem; adeoq; non soli tauri primas glacies perfringere solent, sed ipsam appetentia frontem asperre pericula cuiq; generoso nativum. Arietis à corona, quibus succidaum poplitem primi fregerunt gressus; resprint in superflio montis erecto ascendere emeritus equus licet ad eadem subaverit. Et quamvis iurium est Annibali super iuga alpium ascendere, libertas tamen erit a cenisse et quæ prius aceto et amarore constabant initia, dulcem effractis rupibq exitum habuerunt.

Titulq

TITVLVS 13tius.

De Correctione.

Eruditio Varia.

Cato solebat dicere obruendos esse lapidibus, qui maleficos donaret vitâ. — Plutar

Plinii similitudo est; Quemmadmodum incisa arbor repullulabit evulsa verò non effruticat; ita malum si pœnitus resecetur non renascitur. — — — — — Plinius

Seneca item similitudo est: Vti serpens parvus a publicas persecutores patitur, sed ubi in monstrum excreuerit et fontes veneno infecerit omnes fugat; sic possunt pusilla mala verbis emendari, ingentibus obviam itur. — — — — — Sene

Contra morsum viperæ tibiæ cantus, ad sentissimum medium, sic contra venena vitiorum lenis et moderata correctio. — — — — — Theophr

Ad commodam similitudinem facit Poëta ad non irritandum severitate malum tum dicit:

Sic ego torrentem qua nihil obstabat euntí
Lenig et modicâ strepitu decurrere vidi
At quacunq; trabes obstructaq; saxa iacebant
Spumeg et ferreg et ab obice sævior ibat. — Ouidig

Eruditio Sententiarum.

Iam omnibg

Iam omnibus non ignoscere crudelitas quàm omnibus parcere. — Sene

Non est ille bonus qui nec malis quidem acerbus. — Plutar

Gravius interdum punitare & indulgentiâ quàm ignoscentiâ peccatur. — Baur

Si usquam alibi hic maximè sævit qui malis parcit. — Ines

Interdum melius est ægrotare quàm crudeliter sanari. — Baur

Impatiens medico morbo ipso peior creditur. — Idem

Ingentium malorum remedia nunquam suis periculis carent. — Idem

Nulli ingenii species tam lubrico aut vicino vestigio in vitia porrigendet, quâ non facile prudentiâ habenis retrurectum haberi possit. — Idem

Vix turpis est medicina sanari piget. — Sene

Acrior admonitu est irritatum vetando, et crescit rabies moderamina quæ ipsa nocebunt. — Ovid

Secundo caput tollit in otio impunita protervia. — Ines

Magis rhutunum ferit, si patria nefas. — Idem

Iuveni senex non parcat liga cardus, in primo facilis flore pati manum, paulatim gravius ferit. — Idem

Impune crimen crimina germinant, serpitq; labes cui teneræ nimis medent manus. — Avan

Medicus sæpe ferro urit carnem, scindit ossa ingenti dolore patientis; sed medici, magna causas salutis agit non doloris. — Mexia.

Truncat et artus ut liceat reliquis securum vivere membris. — Claudi

Exigit pœnas hominum cui cura suorum quem tenet omne nefas. — Statig

Exasperat homines imperata correctio, blandissimè iubetur exemplo — Ricalg in Theodos

Si ferrum et ignis sæpe medicinæ loco est. — Sene

Qui parum audit præcepta animo nec curuni melius potest. — Idem

Constituit bonos mores principes, si patiens peccatorum est, et tanquam cum magno tormento ad castigandum veniat. — Idem

Gravior

Gravior multo poena videtur, quâ à miti viro constituitur. Seneca
Quibus ea sæpe committi, quæ sæpè vindicantur. — Idem
Paricidâ cum lege caperetur, et illis facinus poena monstravit. — Idem
Sapiens aliquando malos, tanqm pueros malo poenâq; admonet et elicit non quia acceptit iniuriam, sed quia fecerunt et ut desinant facere. — — — — Idem
Pecora verbere domantur; nec irascuntur ipsis cum sessorem recusaverint sed compescimus ut dolor contumaciam vincat. — — — — — Idem

Eruditio Symbolica

1 Olitor stolones decidit ex arbore Hem ex Virgi: Ut exeat in coelum ramis felicibq arbor.

2 Medicus infirmo abscindit manum Hem ex Ovid: Ne pars sincera trahatur.

3 Carduus tenellq exoresci in aculeos Hem: Crescit si pateris scelus

4 Quercus dura et annosa finditur securibq Hemq Adversq robora ferrum

5 Caniculus amicus leonis percutitur in præsentia ipsiq leonis ut leo timeat Hemq Delirant reges plectuntq Achivi.

PRAXIS.

Uniius poena multorum cautela.

Sunt tutis terrarum crimina velis, si liberum ubiq; cursum nanciscamur, nec ulla remora insanos eorum detineat impetus: Premet insania gradum, qua vel periculose alios transisse vel funeste in his sisse obstupescet. Cæsarq enim qui temerariam navim in

chal

charybdes mittit, cui torrorema vela funestis involuserunt naufragiis, et totias classes sorberi videt vorticibus. Debent enim esse pericula paucorum monitiones multorum, et certa omnibus cautela unius incauti exitium. Recedat ex lubrico qui alterum vix tutum viderit in sicco. Amet ripam et littus cui ab oculis in procellas abreptum ferunt in scyllas Aquilones socium. Multis ad evitandum infortunii scopulum fiat documentum, unius nocumentum. Nec in suppositos cineri doloso ignes audacter curratur ubi insidiosa favilla unum adusserit. Si meut fortunæ aleam secundus attrectare quis primum elusit. Ita fulmina multorum metu paucorum cadunt, et in uno nocente liberata non paucorum acuunt ad innocentiam animos. Omnium quidem oculos perstringit fulgur, omnibus in aure relinquit tinnitum, et quamvis unica contentum sit victima et victoria omnes tamen ab igne metuunt. Monet Vealegon suo periculo vicina esse reliquis fata ut timeant securi adhuc, ubi collateralem sortium fortunam ardenti volitans per nubila summa favilla, et mulciber undique victor in sordidam corripuit. &c

Nec multa clementiâ nec asperitate utendum.

Coercendus est malus non sine castigatione, sed sine impetu. Res optima est non scelestos sed scelera extirpare nec pectoribus sed peccatis irasci, nec idcò quia peccatum est sed ne ultra peccetur. Omnium consulunt animi in eius amorem qui eos moderate odit delinquentes ut confederato voto ab eis audiat.

Diligimus pariter, pariterq; timemus
Ipse metus te noster amatt- - - Claud

Durant

Durant enim quæ nō dura, nec multum languida cum
et ferrum sibi duritie offendat ut putre futurum abo-
minationi non utilitati sit. Sic adamante sua attri-
buta Princeps mutuetur; licet adamas infracta vir-
tutis sit, ubi tamen sanguine tingitur, desilit exem-
plo generosarum mentium, quæ nec prius emolle-
scunt in benevolentiam, quàm ubi sanguine perfun-
dendæ sunt, nec de adamantina remittunt duritie, u-
bi quam ille malleis, tam istæ malis resistere debent.
Crudelitati enim non dispar bonitas ubi acrius in
malos dum indulget desævit; iniqua iustitia lictō-
rem cum securi adhibere ubi sola proficeret virga.
Unica æquitas vel commendat vel commendat. Ubi
enim extetit medicina modum, ex cupresso et ta-
xis non exlauro speret corona. Medico Venenō
est nō pharmacum, si in viru pondus serpentinā
misceant carnes. Insentissimo sumpturis pe-
riculo futurum, quod erut forestantissimo antido
to si medicas dosos non excessisset.

TITVLVS. 14tus

De Cunctatione siue Mora

Eruditio Varia.

Augustꝰ Cæsar tarditatem quã celeritate melior esset au-
teponebat velocitati cui periculum coniunctum foret Val Max
Marcellus et plerique maximi Romanorum cuncta to-
res erant antequã grauiori accingerent negotio. Galli
sertorios duos iussit uellere caudas equorum, unus tota vi-
olentia totam caudam sed imito conatu trahebat, alter
autem singulos euellendo pilos, citius perfecit opus.
Lycurgus legem tulit suis Spartanis, ut licet hostes in no-
uilunio eos invaderent, prælium tamen differrent ad ple-
nilunium. — — — — — — — — Plutar
Ptolomæus rex Ægypti fulminis sibi nomen dedit ab ala-
critate in agendis rebus. — — — — — — Sabelli-
In Asia campus est qui dicit coma Pithonis omnes solent
convolare ciconiæ, quã autem tardaverit et ultima ve-
nerit ab omnibꝰ discerpitur. — — — — — Seneca
Pacyrius in celeritate appellabatur cursor, et ideò in nu-
mo spolium cæsoris cum fulmine cudi iubebat. Idem
Julius Cæsar plurimum velocitate profecit ut de illo
poëta:
— — — — — — Cæsar semper sibi citerus
Præcipiti cursu bellorum et tempore rapto Lucan
Et contra Scipio consulens umbram parentis sui quo-
nam modo posset ad summam gloriam venire addivit.
— — — turpis lenti solertia Martis
Audendo bella expedias, pigra extulit illustros
Haut unqm se virtus, tu magna gerendo
Præcipita tempus. — — — — — — Lucan
Fabio verò adscribitur quod sua cunctatione rempub: Ro-
manam salvaverit, ut de illo poëta:
Ni sacra senivis, impresumq; fuisset
Sistere cunctando fortunam aduersa fovent
Ultima Dardanij transisset flumina Itali
Sil: Ital:

Eruditio

Eruditio Sententiarum

Malè uiuunt qui uivere quotidiè incipiunt. — Sene
Maximum impedimentum uiuendi mora quæ ex crastino
pendet — — — — — — — — Idem
Una salus est occurrere ad plurimos mortis impetu. Idem
Solle morus semper nocuit differe paratis. — — Luca
Differ habent parvâ, commoda magna morâ. — — Ouid
Ching seu erinaceus partum differt malo suo, nam succre-
scente fœtu acrioribus spinis compungitur. — — Horas
Optima dum nova sunt subiti mala semina morbi, curam
Continuò culpam ferro compesce, priusqm diva per in-
certum serpant contagia vulgo. — — — Ouid
Meliore fide paulatim extinguitur ignis, quam subitò for-
tè desine tutus eris. — — — — Virgili
Nimii in populo affectus animorum nunqm diu consti-
terunt. — — — — — — Ouid
Quiò sapè fieri non potest, fiat diu. — — Bar
Nullo cunctationi loco est in eo consilio, quod non potest
laudari nisi peer actum. — — — — Idem
Sæpe ex ipsa commodia initio pangere dum plangere. Tacito
Multa bella impetu valida, mora ipsa emota evanuisse. Idem
Scelera impetu, bona consilia morâ convalescere. Idem
Si cadere necesse sit occurrendum discrimini. — Idem
Opportunos magnis conatibus impetus, nec cunctatio-
ne opus ubi pernitiosior sit quies, quàm temeritas.
Immature magnum ingenium nō est utile. Tacito
Nonfrena animo permitte calenti, da spacium temere
moram, malè cuncta ministrat impetus. — Fabio
Fulmina præpropida celeritate excussa, dissipantur il-
licò et eò minus perdurant, quò ferociùs micuere. Statio

Barcla

Cum mora

Cum mora non tuta est tolis incumbere remis utile
et admisso subdere calcar equo. — — — Ouid
Flammiq; venti maioris ituros, dum sumus in porta
porrexerat aura levis. — — — Idem
Virides diu crevere lauri crevit illa & theredi cedens
qua nubi at ulva vel quod vilius aspici submissiori
verrit humum comâ seu pillum indigenæ lapidi exi-
guis virtute lustris. — — — Ines
Qui tardè fecit diu noluit. — — — — Seneca
Qui deliberat desciuit. — — — — Isaac
Faciam urbanior quidem vox est sed affinis huic nota Naze
Vehemens desiderium operandi nescit patientiam sed
urget et oportunitate accelerat. — — — — Idem
Deliberare utilia mora est tutissima. — — Senec

Eruditio Symbolica

1 Ignis micans flammâ lem: Aut agere aut extingui
2 Desilit in precipitium, alter ab aliis ne salret detentus
Lem
3 Morus arbor tardè floret lem: Ubertate rependet
4 Equus stadium decurrens frustra in medio impetu sistit
lem ex Claudiano: Inflammata semel nescit mitescere virg
5 Navis in mari testudo in terra lem: Morâ et velocitate
5 1 Testudo in cochlea sua graditur Lem: Cum tempore
Elephas uterum decem annis portat Lem: Nascetur
8 Carolo Quinto Imperatori columnas Herculis pingebat
et loco inscriptionis plus ultra ponebat plus citra
2 Juvenculus accipiter nec cum gnarus venandi nimio
volatu se insectanda prada fatigat. Lem ex Lucano:
Animisq; caloribus impar

P.G.A.

PRAXIS.

Mora in agendis noxia.

Non cuncta restituunt Cunctatores; hæsitanti gradu male plerumq; hæretur. Ubi enim plus in meditando temporis, ibi plurimum temporis in exequendo. Non est insistendum tergiversationi ubi alipedes frenandi etiam flagasi imò effandi. Sagittarum more exsitanda indoles, quæ aliter nil tangit scopulum nisi volet. Fulmineo ruendum spiritu in diruendis obstaculis, cum magis subiectas fulmen timore implet terras, ubi procellosa ex ipsis frigoribus facta, et grandia scissis nubibus elicit tonitrua quàm si placidi Austri temperato eas inspergant imbre. Et verum est quod dubium erat: celeritate ne an fortitudine plus profecerit et profecerit Alexander quando Macedonicum illud necdum penetrabat nomen, ubi iam copias versatilis collocabat Macedo. Nemo enim dubitat citius in meta futurum qui veloci contendit passu, quàm si pedetentim fracto genu festinet. &c

Mora necessaria in agendis

Rara celebritas actionum, ubi nimia celeritas actorum; et frugum prosperata quæ nimium properata fortuna. Præcipitare enim consilia ii dum taxat sciunt qui nescivêre acuto rebus providere intuitu. At intellectus diutius necessè circa facienda oberret, nec semel erret. Invertò transiliendum est, quod non levi debeas pede aggredi, annuo tantùm movendum digito, quod Athlanticum exposcit lacertum. Diuturna enim videmus opera, quæ ipsa fabricavit natura. Habent gloriam et manu artifide facta quibus insumptum tempus sumptuosum et à primis rudimentis ars operosa circa ea desudavit.

Quid enim

Quid enim mihi per noctem protuberantes cucurbitæ? quid quid horæ illi parto, ubi nox in numeros parit una sues? quid evanida ex magno mari prorumpentes ictu oculi bullæ, si paribus intereunt momentis atq; succrevere? Innoxa quæreus, sæculares meretur laudes quod centum & tot annos adolevisset. Maior leonum gloria quod nisi unus intra decennium gignatur, quàm secundo cuniculorum nidus menstruâ fertilitate cumulato. Robustior Hercules, diutius Alcmene utero detento, quàm Eurystheus properatis â Iunone donato geneathlius.

TITVLVS 15tus

De Deogenerib, & Dissimilib, â Suis Maioribus Eruditic Varia.

Archidamus Lacedæmonius dictus est genus non ducere ab Hercule, quo omnes Lacedæmonii gloriati sunt, quia multos suo exemplo corrumpebat. Hercules autem malos exterminabat. — Plutar

Tiberius ipse vix bonus Caligulam longè negotiorem reliquit. — — — — — — — — — Sueto

Apud Ægyptios nullam artem aliam filij discere poterant nisi eam quam pater callebat ipsis. Herodo

Fabius maxim

Fabius Maximus ita degenerem filium habuit, ut Pompeig illum paternis bonis eiuerit. Val Mazi

Africano superiori filius fuit monstro potig qm patri similior. — — — — — — Idem

Ante Pharsaliam per Romanas ditiones fere sagio futuri belli infelicis multa nascebant monstra inter humanos partg ut poëta:

Monstrosi hominum partg numerogq modoq
Membrorum, matremq suus conterruit in
tans. Lucan

In Hispania sunt vermes noctu splendorem spargentes quorum intestina si aperiantur in faciem vel aliam partem illa tota evit splendida noctu.

Ouid Hist 15 lib cap 8

Eruditio Sententiarum

Scintilla vigoris paterni lucet in filio et similitudo morum per scopulum carnis erumpens. Aristo

Gens ferri patiens ac lata domare labores, Paulatim antiquo patrum desvescit honori. Sil Ital

Innobilissimis arboribg inutiles plerumq excrescunt stolones. — — — — — Curtz

A viris egregiis quasi quodam fato accidit improbos nonficisci filios. — — — — — Terentig

Heu reversam sanguine gloriam frustra futuris eximus. — — — — — Sarbe

Peior nefastis progenies avis succrevit et damnosa pulchros saecula diminuere vires. — — Idem

Prisca mutato pudet arma dextero, patrig quondam male lajus haret filio thorax nec avitanorum tela noverem. — — — — Idem

Nobilium

Nobilium fluunt in fæcunda virorum sæcula, nec bono succrescit soboles patri, deterior subit pravis fama nepotibq. — Idem

Pudet sinistrum desidis ad latus olim minacem, nunc nimium pigrum pendere mucronem, et sepultas degeneri pharetra sagittas. — Idem

Exterret cunabula degener infans. — Claudia

Eruditio Symbolica

1 Aquila iuvenis ex summo nido decidit in terram Lem: Surgois lapsus ab alto

2 Pomum putridum inter alia pulchra à ramis dependentia Lem: Inter sana sanies.

3 Inutiles palmites ex vite pullulant Lem: Ex matre bona soboles deterior

4 Ignis atrum fumum gignit Lem: ex Horatio: Obscura clari progenies patris

5 Corvus exclusas recenter pullos qui albi nascuntq fugit et deserit Lem: Exterrent cunabula infans

6 Lupa nutrit Romulum et Remum Lem: ex Claudi: Praia cuperentq Latina sic perisse nurus

PRAXIS.

Bonorum parentum multoties mali filii.

Ad exemplar viuere Maiorum suorum vel pauci vel paucis potuerunt exemplis; aut enim desciverunt aut nesciverunt parentum suorum illustria vitas; ubi obscuriori studio suam exegerunt.

Prostra

Prostratis quidem mentes dum erigi non possunt ad obeliscos et pyramides gloriosas a suis successoribus erectas. Venera vitis enititur in annosos ulmos in quibus superioribus annis senior maturescebat Bacchy, ut floriores imitet palmites. Degener partu nunqm in ea eluctetur culmina; ex quibus suis formores totis apparuerunt sæculis. Sæpè enim ex lyrida origine fontis uligonas paludes pellucida intravit aqua. Sæpè præcipiti e saxis lapsu desiliens figuriori tamen in planum delata processit fluit. Sæpè serenum marte ante pluviosam pluxit meridiem. Sæpè ex magno pygantis cubili parvus surrexit gigmadus. &c

TITVLVS 26tus

De Diuitiis.

Eruditio Varia.

Symotheg dicebat hominibg idem eé pecuniam atq; sanguinem et animam quibg qui carebat mortuus est inter vivos — — — — — — Brusch

Bion dicebat nó minq calvos ac comatos si vellantur sentire nec minq pauperiem ac divitem obnoxium eé calamitati. — — — — Seneca

Democrity facillimam viam ditescendi dicebat si quis esset inops votis. — — — Stobæus

Socrates dicebat hominem divitem eé ceu equum,

sunt

sunt equi phaleris et stagulis aureis ornati, non tamen ideo sunt divites quod hæc non sunt equorum. Ioan
Lydi Seres Arabes inter alios populorum censentur esse ditissimi ut de illis poëta

Si Babilonis opes Lydæ si congesta gaza
Indorumq; dates Serumq; Arabumq; potentes
Divitiæ. — — — Statius

Scythileni imaginem nummis sculpebant. Darcani Gallorum insignem. Rodogini leporem, Atheniensis bonis item ex altera parte sculpebant noctuam. Ephesienses equum. Argivi anserem.

Hæc significant divitem. Vt Thagus bonorum, Herculis quadrigæ. Pelopia talenta. Phrygiæ opes. Amalthæi cornu. Pygmalionis opes.

Eruditio Sententiarum

Divitiæ apud sapientem in servitio sunt apud stultum in imperio. — — — Seneca

Qui dabit ille tibi magno sit maior. Homero crede mihi res est ingeniosa dare. — — — Ouidius

Quid faveris sapiens, quid stulto quoq; munere gaudet, ipse quoq; accepto munere mitis erit. — — — Poem

Aurum bella gerit, mucronibus imperat aurum, aurum ventosis vela dat æquoribus. — — — Balbus

Quisquis habet nummos secura navigat aura fortunamq; suo temperet arbitrio. — — — —

Egregios invitant præmia mores. — — Claudian

Iras et enses vendimus et manum hac ubi nummis aurea refulserit. — — — — Iuvenal

Portas vir Macedo et subruit æmulos reges muneribus. — — — — Horatius

Cadmea

Cadmæa sui git messis ubi cadit deliberali munere dex-
tera aurum — — — — — Avanti
Forti non pudet Hectoreæ iurare Marti, cum strepitus
magis sonat metalli, quàm tubarum vel monitum gra-
vium timpanorum. — — — — — Idem
Pax ornatat auro aura queta temperies reparat orbi. Idem
Flostium consilia non nisi aurea clave reserant. Strada
Ingrato meritorum iudice virtus quàm perit. — Lucan
Maiori tormento possidetur pecunia, quàm quærit. Sene
Non Phydiaspeia cumulata gemmis vel domus flava
lagueata ebore aurei torrens negs beatum fecerit Her-
mi. — — — — — —
Quid pede properantem sunt plura quàm quod possideam
manu, hoc magnus hoc æqualis voto Cæsaribus domina-
bor uno. — — — — — Sarbu
Nullo pauperiem Deus infenso poterit sternere spicu-
lo. — — — — — Idem
Aurea verè nunc sunt sæcula, pluring auro venit
honos auro conciliat amor — — — — Ovidius
Sine providentia divitiæ, ut equus a bas freno guber-
nari non possunt. — — — — Bethagis
Plures nimium congesta pecunia et cuncta exube-
rans patrimonia census. — — — Boëtius
Felicitas indiget divitiis fieriq vix posse, ut ea sola-
re res agat tui facultates desinunt. — Aristot
Nil iuvat immensum augenti pondus et auri. — Claud

Eruditio Symbolica

1 Supra montem stat Diogenes ex quo monte aurum
fodit, conculcans eum dem: ex Lucano: Maius pos-
mens est opulentior auro

2 Pygmæus aureâ catenâ Herculem trahit Lom: Quem
sic non torqueat torquens

3tum

3/ Athalanta in cursu aurea poma colligit et vincitur ab Hippomene Lem: Tua perditio merces

PRAXIS.

Aurum est nocivum.

Breuiam perfossum orbem curiosis ligonibus avaritia damno suo interfodinarum lucra relinquet, cum tamen in quibus nocentissimum auri metallum deberet, nec exarcano montium sinu in pernitiem vulgi erui & ultra eas quibus à nâa celatur trudi latebras. Multis exenteratis montibus vita tollitz & non sine terrore hâ montand animâ metallorum internos agunt ubi toties obmurmurare effrendere contra possessores videntz quoties nummorum sonitu auribus obstrepunt. Nihil in crudeli malleorum palestra proficit, nisi ut nostra damna multis fabrorum plagis erudiatz aurum. Invenit quidem humana solertia Lydium lapidem, quasi omnem in eo metalli agnitura indolem, non adverrit tamen quam dura sit natura, hâc quâ suam fatetz bonitatem, nisi ad lapidum tormenta cogatur. Inertes artificum limæ scabiem tantum auri scalpunt et pruritum quem animus ingenerat non eradunt. Profundiores enim in animo cuniculos agit qm nativas habuerat fodinas ut difficilius sit avaris illud mentium vendicare latebris quàm ex ipsis mentium medullis. Et tamen quantum non uni Mydæ calamitatis importent fortunæ. Nemo nescit ut nihil nisi aurum somniet ut tamen ferreas in hoc aureo tempore experiatz horas.

Auro

Auro et prāmiis virtus optimè allicit.

Deses in profundo plumā olorinā &quore demersus Heliogabalus, nonfacilius excitat, quàm si ad aurem sterentis multo pulset ære. Ita enim scissarum nubium puemus fulmina sicuti auro fulguri terrā libenter paremus. Rude quidem fulmen auri est non eyanimare & animare natum, nō tonando sed donando, dando non trucidando violentum: ut non gratis nomen Iovis vir Macedo sibi arrogaverit, quod simili fulmine obstantia sibi prosternere noverit. Sed et illecebra virtutis & aurum, nec facilius aucupiunt animorum qm ad hunc auri viscum

Discolor unde auri per ramos aura refulsit
Quale solet brumali frigore viscum
Fronde nitere novā, gelidis quod proximus annis
Stirpibus e quercu pingui succrescit in ulmo.
Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice. — — — — — Virg

Etiam ultra stigem cum aurea virga horrentis sylvā propagine non hāsitat abire Æneas; cui inter perpetuum silentis dominii timore leni crepitabat brumea vento. Sic alacriores prudens antiquitas phōbo concessit iugales quia ad aureum currum ubi aureq axis erat thēmo aureq aurea summā curvatura rotā; tardioribus verò pro luna provehitur bobus, quia non nisi commodato splendet. Ideo enim intrat stadiodromq Olympia ut perveniat ad olympicas; Ideo pavlixis sese clumbat iugeribus, utiugibus perfruatur solatiis. Eget profectò lenimentis omne virtutis progymnasma alias Neoptolemum quemq; imò et triarium facile deterreas, si ita non allicias. Adeoq; tollet virtutem qui sustulerit prāmium eum omni veritate verius sit, quod gratis pœnitet esse bonum.

Diuites sunt instar Deorum.

Deorum nepotes et veluti cælestis progenies adorant, qui non iam sanguinem & aurea â Saturno sæcula participant. Iovis filius quia aurei generis Perseus ut nec generare Diis, nec nasci ex illis, nisi ita pretiosè contingat. Non uno omina Nundina Dea Romanis infantib⁹ destinabatur altrix, nisi ut divorum parentum avitos eis honores nundinarer⁹. Idem cultus divis et divitib⁹ iamq; erit beatus qui trabeatq; est iam dignus aris qui plenus æris. Plutoni quidem ipso vocabulo affinis est Plutq; et parvum interdirem et divitem discrimen. Iovis tamen frater est cui diues. Saturnus parens. Ita diligenter primores inquimq; nummos. Sicut residuos post parentem Nummam nummos: Et facile quivis futurus est Romulq; si de numitore satus.

TITVLVS. 17mus

De Educatione.

Eruditio Varia.

Romæ erat in foro olitorio statua dicta Lactarea ad quam infantes lactandi deferebantur. — Festus

Romani filios progenitos, si mali apparerebant futuri avibus devorandos exponebant. — Lactanq

Achilles puer adhuc ursorum ac aprorum ac leonum medullis et intestinis altus erat â Chirone. — Apollonq

Hunni et Scythæ uix natis infantibus novaculâ genas secabant et asperrimè educabant. — Isabellq

Lycurgus Spartanis legem dederat, ut infantes suos aquâ frigidâ recens natos ablucrent non verò calidâ.

Diogenes magistrum percussit quia discipulum uidit illius insolentem. — Plutar

Cyrus nutritq; et educatq; erat â cane; Iovis â capra; Romu-

lus et Remq

lus et Remus â lupa: Nomina verò Magistrorum principi puorum sunt: Bacchi Silenꝰ; Aristotelis Plato, Aristippi Socrates, Theopompi Isocrates; Alexandri Magni unus Lysimachꝰ alter Aristoteles; Traiani Plutarchus; Periclis Anaxagoras; Ciceronis Demosthenes.

Persæ tria præcipuè suos pueros docebant, scilicet equitare, iaculari, et verum dicere. — — — — — Xenophon

Lucani â prima infantia sine veste in servili ministerio, in sylvis suos infantes educabant.

Luscinia parvula â parentibus docentur cantum, ideò deterius canunt cum paruæ ex nido accipiuntꝰ. Plinius

Psittacus percutiendus est ferula quousq; iuuenis est ut discat loqui, nam senior nunqm discet. — — — Idem

Simiæ ita diligunt suos catellos, ut illos infra ventrem ad ubera in quopiam sæculo semper deportent, et multis amplexibus subinde strangulant. — — — — Idem

Charadrius volucris parvula si ad infirmum feratur, et inconnivis oculis eum spectet omnem lucem in se euocat et infirmum sanat, si autem auerterit oculos, signum est eum moriturum; quod cum diligenti educatione æquiparari potest. — — — Æliani Hist: annal: lib 16

Strutilo pullos suos odit et postqm oua peperit negligit sicq; in puluere abiecta excludiuntur: quod ad rigidam educationem applicari potest. — — — — Plinius

Idem ad eundem sensum aliter refert quod solo visu et oculo intento oua foueat et sic excludit.

Achilles iuuenculus in manu suæ matris, dicit se ita tractabilem fuisse ut coram quod de illo pöéta.

Qualiter artificis uictum pollice cera
Accipiunt formas ignemq; manumq; sequuntꝰ
Talis erat dîæ natum mutantis imago. Stat

Idem Achilles de se narrat, quod Chiron educator eius nunqm se illi benignum ostenderit, si aliquod specimen non dedisset virtutis, quod ille apud pöétam:

Nec me ante nisi inspectis ad ostula telis
Si magno remeassem sanguine sparsus. Stat

Eruditi

Eruditio Varia Sententiarum.

A teneris consuescere multum. — — — — Virgi
Præcipuum â teneris impende laborem. — — Idem
Lutum nisi tundat, testa non fiet. — — Sene
A quali culmo demesa sit arista, cognoscitur Horne
Qui non assuescit virtuti dum iuvenescit â vitiis nescit desistere quando senescit. — — — — Anonug
Nasci et primum et summum est, nisi tamen amplius quis putet ali et institui. — — Puteang
Semper quadrupes homo erit, si nullus ei adsit chiron suis studiis reliquenda est puerilia ne videamur naturam arguere quæ hanc stratem imbecil Idem lem ee iussit. — — — — — Barcla
Cum animus hominis ingenerato pondere in prava deflectat, necesse est adhuc faciles ramos in contrarium cogi, ut deinde impetu suo redeuntes medium internaturam et institutionem teneat. — — — — Idem
Ingenia coactè natura et inter Agrè custodiæ vincula detenta uel exhaustis uiribus sic subsidunt; ut qui super pueros, sapuerunt, postea infra decus uirilis, prudentiæ delirent. — — — — Idem
Si nimium ferocia exuberat tumorem, naturæ vicio enascens quædam sæpè parentum lenitas adulceris maturitatem assuet adhuc crudus et facilis exsecetur. — — — Idem
Contunditur animus et quidquid est indolis comminuit trepidatione degeneri et perpetua — — Seneca
Nullum animal mordacius est, nullum maiore arte vitandum qm homo, nulli magis parcendum. Idem
Equum non exterret domandi peritus magister fiet enim formidolosus et contumax, nisi eum tactu blandiente permulseris. — — — — — Idem
Quidam suæ malignitatem naturæ vincere debent et ad sapientiam se non perducunt sed extrahunt Idem

Eruditio

Eruditio Symbolica

1 Pelicanus rostro fodit pectus suum ut sanguinem pullis propinet. Lem: ex Claudiano: Cui pignora tanti.

2 Equus iuuenculus et necdum domitus frenum recusat accipere quod tamen per vim ei ponit. Lem: ex Virgi Iam irrisiste domandi. vel aliud ex Claudiano. Pressis se dare lupatis.

3 Ursus saltat ad imperium sui doctoris. Lem ex Claudi: Reuerentia frangit.

4 Domus imaginibus atauorum plena quas puer circumspicit Lem ex Claudi: Pinxit sacraria mentri

5 Leo ex freno tenetur et facilis sequitur suum ducem, Lem: Dies et ingenium docuit parere leones.

6 Lima eradit rubiginem ex ferro Lem: Eliminat dum elimat.

PRAXIS.

Iuxta educationem tota vita format.

Ad amussim ut reliqua exigatur vita uix credibile est, si primos flexuosus errorum labyrinthus implicuerit annos. Difficile talem Theseum in rectiorem vitæ orbitã uenire, cui ad circuitg malos in prima vitæ porta naduductrix Ariadna filum nondederit. Nempe facilius est Palinuro per omnes Mæandros abrepto ripam adipisci, quam ut male ex ipso vitæ incuntis portu soluta phaselluni infinitis periculis obruudat, et tamen felicibg anchoris, eandem velit nendat sufulcire. Et navibg in primo portu reliqvus prospiciendus

ciendus uentꝰ, et iuvenibus in prima ætate vitæ re-
sidua euentꝰ &c:

Faciliores sunt iuuenes ad omnem disciplinam quàm senes.

Refractaria virtuti natura, omnem excutiet ferulam, si teneram adhuc didicerit illi manum subtrahere. Rudimenta enim puericiæ, percepta sunt maturioris ætatis. Ideo paternam leonis fortitudinem iuvenes observant catuli et â tenero meditantꝰ unqui patrem, ut adolescentiares parem præferant animositatem. Erudit uenatione prolem suam Tygris rabiosa, ut æquali pernicitate et propria olim indagine famem suam obsenatum as animantes cingat. Verùm enim est quod molliori cæræ omnem facilꝰ impresseris qm si indurueris. Potest torqueri et tenuari in laminas liquefactꝰ chalybs, quem nec quidqm moveas, nisi malleo confregeris ubi caminum primo excessit. Sic teneriores tilia quibꝰ insignitæ fuerint characteribꝰ, eosdem posteritati rectrahunt, et in vetusto monstrabunt cortice.

CHRIA VERBALIS.

Supra dictum Ouidii

Fortis et ad palmæ per se cursurus honores
Si tamen horteris, fortius ibit equus.

Exordium.

Furores pòëtici nihil citiùs qm amores merentur, et plenum Apollinæ pectus, non uacuas dulci Mercurio linguas Oratorum uendicat A. H. Excitatior enim nondeest stylus in laudem pòëtarum, ubi vehementiore entheo agitati, nolentes quoqꝫ et torpentes excitant ad virtutem. Quamvis enim nihil pòëta di-

xerint, quod non esset oblectationi, totius senatg erudi-
ti (quia aut prodesse solent aut delectare poëtæ; aut
simul iucunda et idonea dicere curant) tamen nihil
plausibilius, et honori illorum accomodatius est quàm
ubi difficillimam artium tradunt efformare in virtute
hominem. Peccabit peccabit omnino qui poëtis deliria
et mendacia appinxerit cum inter alia documenta
eorum industriæ hoc potissimum sit quod media et
ipsam virtutis metam, etiam ceco cuiq; indigitent.
Sed heu dolor! cygnea voce, quia expiranti poëtico ho-
nori olor Sulmonensis occinit epicenia. Cura duum
fuerant olim regumq; poëtæ nunc hederæ sine hono-
re iacent. Quid dicis Divine Vates quid dicis? etiam
nunc habes, qui vos numen habere putent. Adeoq;
tu inter omnes, tu princeps, tu dux non solùm poë-
tarum sed mundi totius per tuas regulas in vir-
tutum trämitem descendentis. Plena sunt tuis
institutionibg gymnasia omnes tuis præceptis
classes militant, omnes te orbis pædagogum decla-
niamg. Cum itaq; Auditores prædem omnem in ac-
ceptis Ouidio feramus gloriam; hodiernum tamen
quod nunc auditis dogma fortis et ad palmæ per
se cursurus. Non meum tantùm sed omnium ue-
strum præpensos in tantum poëtam exposcit
animam. Non peto igitur, ullam à vobis A. bene-
uolentiam, quia mihi non humili Cothurno subli-
me eius effatum celebranti, sed ipsi Ouidio id
humanitatis debeatis præstare.

Expositio

Audit: Humanismu non dubito vos omnes divini-
tatem Platonis attigisse; Platones tamen vos
esse cuperem, ut eandem hodie à vobis Ouidig

quam

quam olim â Platone Virgilio æstimationem me-
reatq. Diuino hic Philosophus diuinis Virgilii im-
mersus pœmatis, cum oblatis eum non nemo ab-
straheret margaritis et dona et donatorem gene-
roso cum fastu reiecit: Pretiosiores (inquit) hic mi-
hi in pœta gemmæ. Quere geminatam meritq. divi-
nitatem! o non incommuni censendus vulgo. Dicite
vos quoq; et dicetis infallibiliter Auditores dum iam
non mantuanas sed pelignas vobis antepono gem-
mas; Dicetis inquam dum gemmis repensum au-
ro ponderosiùs diuitiis æstimabilius Ouidij effa-
tum ab ore meo accipitis: fortis et ad palmæ &.
Pretiosior hic sermo pœticus in ore Vatis, quàm
in litore felici erithræa proles turgentes conchæ.
Dignior est doctæ saliuæ partus, qm spumantis
sali fœta coralliis latifundia. Verum quis tam
reconditum mentis inaccessæ dogma scrutetur?
quis adeò implicatam huic eruditioni doctri-
nam eruat? Solus ille qui ad hanc doctrinæ
lucem meridianam lippiet, illi incognita ad
orbis uniuersi captum data opinio, qui in-
capax virtutis in transuersum abit. Voluit
hoc dicto suo Audit: voluit Ouidius instrui om-
nes: Non solos negligentes urgendos esse sed
etiam diligentiores in virtutis stadio permo-
uendos. Verum est quod ad expositas nemo nõ
curret coronas, sed quod illud virtutis diade-
ma quod ad oculos positum, pupillam tan-
tùm fulgore accendit licet animo frigeat. Cogi
cogi etiam debet ad bonum reluctans voluntas,
nec semper alliciendæ, sed crebrio elicienda vir
tus: Et faciet omnino nisi quis cogi velit; ade-

oq;

oq̄ bona illa futura virtꝫ, quam extundet neces-
sitas.

Causa

Cerea enim voluntas nostra in vitia flecti adinstar
cuiusdam lapidis obdurescit ad virtutem; ut excauari
ex illa nihil omninò possit. Imò feliciores plerumq̄ la-
tomiæ quàm scholæ quia citius in hoc saxorum magi-
sterio proficit malleus quàm indisciplinato et ex legi
animo possit ferula virtutis uirtutem incutere. Adeo
levi pertransimꝰ pede grave virtutis exercitium ut
nullum prorsi animi relinquamꝰ in tota vita uestigi-
um pertransimus unquam sed quid dico pertran-
simus tansilimus. transilimꝰ transvolamus admo-
dum stadiodromæ Athalantæ, ut postquàm nemo
sibi velit despondere virtutem, fugiat. Calcandus
tamen gravi uestigio poremenda hæc orbita, ferra-
ta calce lubricum et confragosum hoc stadium ab-
soluendum firmo et pertinaci stadio hæc Olympia
decurrenda. Canum plumata fortunæ induere ta-
laria, ut ad æternitatem euoles terrendus hic la-
boriosus callis usq̄dum callum obducas. Non molli igi
tur brachio attrectanda virtus, ne enervem a-
pernata complexum sei ipsa abstrahat. Urge-
at necesse seipsum quilibet et si indulgentior
sibi ab alio urgeatur. Etiam delicatissimus quæ-
nullas meruit indulgentias, ubi demeriturus
de virtute. Abhorret autem et formidat im be-
cillitas nostra omne quod libero arripiendum
est humero, ut quvis ex fato nobis incumbant o-
nera, æternis tamen desideremus collum decre-
tis subducere. Fugiunt ab aratro iuuenci; qui
bus immane iugum torosam ceruicem attriuit:
Ipsum coelum deiicit in Alcidæ humerum Atlas
etiam ita splendidam perosus sarcinam.

Fugimꝰ virtutis exercitium, qmvis noverimus nec æstimandas nec honorandas nec amandas, nec viuere posse aut debere nos sine virtute. Non blandiamur tamen nobis, non palpet se decepta voluntas, tanqm illicò succubitura, dum subitura suaue virtutis iugum.

Contrarium.

Quando enim sperandus est in virtute profectꝰ, si semel desperatꝰ nunqm inculcabitur? si enim admouenda sunt illi calcaria; quibus ultronea alacritas fodicat pectus, multo magis qui testudinem poremente, nunqm uel latum unguem prorsciunt. Adolescet in maturum dolorem quilibet qui ideò quòd negligat etiam negligiꝰ erudiri. Dolenda est multorum praxis cum in croceis essent enutriti amplexatos esse stercilinia. Certè nunqm æthiopicꝰ hinnulꝰ ferrata calcem per Hyrcanas devetare glacies auderet, nisi prius in palustribꝰ locis, in duram dc ungulam et aspero et lubrico aptavissent. Viam insiste domandi viam insiste domandi dum faciles animo et ratio et pòèta hortatꝰ Nec enim indomita adeo est natura humana et ubi fera in disciplina mansuescunt infractam virtutis exercitio opponat cervicem. Soli ethiopitamas baianas svadere fabula est, solis corvis lucrina natatoria et ipsis Pactoli balnea adhibere est oleum in aqua perdere: Inclinatio tamen animi satis propensi penes hortatorem, nondifficulter ad exuendos mores et consvetudines pravas inclinatur. Assueuerunt duriori freno equi

Thesalici

Thessalici; assueuerunt boues Lucanici iugo, assueuerunt leones Africani magisterio et submiserunt adiussa iubas. Sed nolint velint velle tamen docendi sunt virtutem qui eam fastidiunt cogendi sunt compellendi adigendi excitandi stimulandi permouendi deducendi animandi ad virtutem.

Simile

Nec tamen desides in hanc trudendi viam, ad eam illi manuducendi qui sponte suâ currunt, et quos labor est subinde calcari indigent. Labitur quidem rotante Meandro ex portu subducta nauis et volubilis correpta alueo. satis alacris per præcipites descendit fluctus; Si tamen adiuta ueliis, impulsa remis promita humeris fuerit, citig in desiderato littore uictricia Aquilonum uela explicabit. Ferunt et generosæ indoles nobili in uirtutem impetu, tamen ut ad eam remis uelisq; properent monendi et mouendi sunt.

Exemplum.

Cerendi sunt alius astergo parthi ut persequi illos periculosum sit, non sequi tamen et imitari eos uituperabile, quando insignem normam cogendi iuuenum uoluntates ad uirtutem, et ipsam negligentiam acuendi in me-

lius ostenderunt: dum impuberes filios omni alimento, in dies singulos interdicebant, donec aut fonda aut bellista aut arcu profixam sibi metam tetigissent.

Testimonium.

Nec mea solùm uerùm etiam omnium sapientum irrefragabilis opinio est: addendos ee animos, imò et stimulos ad uirtutem consectandam quandoquidem et ipse Coryphæus politicorum Barclaius ait: Quidam suæ malignitatem naturæ uincere debent, sed ad sapientiam se non adducunt sed extrahunt.

Epilogus.

Amplectimur ergo Doctorem nostrum; amplectamur et doctrinam; uitam et totam obligatam habeamus, qui educandis et formandis primitus animis nostris præscripsit methodum. Habeat â nobis aliquid gratitudinis qui totum felicitatis nostræ compendium in suo conclusit effato. dixi.

TITVLVS. IIdus.

De Exemplo.

Eruditio Varia.

Alphonsus Aragoniæ rex dicebat: vt herbæ quædam ad solis motum sic populares in principum mores verti. Iaauedra

Alexander Magnus quia inflexum caput aduersam partem portabat omnes eius alici eum imitati sunt. Curtius Fulgosius

Lacedæmonii introducebant in conuiuio ebrios seruos ut filii ea turpitudine seruorum perceptа sobrii ee discerent. Plutarchus

Alexander Magnus Tyrum expugnaturus, primus corbem arenæ tulit eius exemplo excitatq; miles ingentem exagierauit tumulum et urbem cepit. Idem

Iulius Cæsar dum nullo militum uellet sylvam secare, ut dedisset ex se exemplum.

— — Primo raptum uibrare bipennem
Alius é aeriam querrum succidere ferro
Et sic effatur milites merso in robore ferro
Iam ne quis uestrum dubitet subuertere sylvas &c.

Cato per Lybicas arenas metuentem exercitum et æstuantem suo exemplo confirmat ut ipse dicit apud poe — — — Satoq; pericula uestra
Fraetentate meo, sitiat, quicunq; bibente videvit
Desciat si quo fuerit discrimine nostrum

Dux an

Dux an miles eam. — — Lucanus

Quando Paulo Romanis in Annibalem ituris ad addendos eis animos Curtii imaginem protulit tunc uti specie ruere acri in prælia magistro.

Cernitur effugiens ardentem porsena dextrã
— — — Sæuitq; imagine virtus Sil Ital

Panthera simiam sui corporis odore vehementer allicit et tandem simia illa delectat suis gestib9. Plinio

Scambrus piscis ubicunq; natat minores pisciculos post se trahit. — — Idem

Agiesilaus iam senex discalceato algenta bruma discurrebat, ut iuuenib9 exemplo excitaretur præluxisset. Fulgosius

Eruditio Sententiarum.

Nobiliora tenent animo exemplа pudicos Clau
In vulgus manent exempla regentum. Idem
Præmissa futuris, dant exempla fidem. Idē
Nemo aptior ad propinandos aliis errores, qm̃ qui prior eos hauserit. Innes

Turpe est tacere Aristotelem loquente Isocrate. Cic

Diutiùs durant exempla, quàm mores. Tacito

Insita mortalib9 natura prope sequi, quæ piget ĩrihare. Thesaur

Sic agmina erigit exemploq; leuat primusq; labores aggreditur, quoscunq; iubet. Sidonio

Ex uniuus

Ex unius pictura plurimorum imagines possunt effingi. Barclaio

Sic agitur censura, et sic exempla petuntur, cum iudex alios quod monet, ipse facit. Ouidius

In comune si quid iubes, primus iussa sibi. Claudi

Non aliis fortis monitor, tibi cautior umi sis. Id

Tunc obseruantior aequi fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipsum auctorem parere sibi. Idem

Praecipientium exempla plus urgent ex in ausus quàm tubicen tonitruq; uocis. Auantius

Ea est principum conditio, ut quidquid habere faciant pro imperio, sit. Quintilia

Efficacissima lex est et morum norma principum uita. Ines

Melius iubet qui iussa princeps ipse facit sua. Id

Morum quas fecit praemia doctor habet. Ouid

Lex quae obedituris friget in charta institutoris exemplo calet in opere. Celada

Plus lucis spargunt planetae quàm multa stellae. Saaue

Grande obsequentium tormentum, eorum quos sequuntur magni passus Ines

Sendat licet ardua uirtus per confragosas semitas indomitasq; uias, quo se prior intulit, alter ardentiùs committitur. Auantius

Alia

Alia conditio est eorum qui in turba quam ni
excedunt latent, quorum et virtutes ut ap:
pareant, diu luctantur, et uitia tenebras
habent; regalia facta dictaq; rumor exci:
pit. Sene

Prælucet omne regiæ uitium domûs Idem

Conspectiori lumine proditur affine magnis cri:
men honoribq. Ines

Regium perennioribq se scelus induit æter:
nitate, et inter omnes â populo recitatur an:
nos. Idem

Inuenit etiam æmulos infelix nequitia Tacit

Cuius sæpè error ceteris lubricum fuit quo
temerè labe rentur. Barcla

Semper malis exemplis aliquid deterius addi:
tur. Ines

Sæpè archetypum suum uicit maligritas. Id

Infirmis culpa pusilla nocet. Ouid

Nullum caruit exemplo nefas. Sene

Sunt primi exitio sæpè consequentibq Sarb

Facilè in populo emoriunt mores, si uideant
non obseruari ab eo qui illarum est anima Thesm

Regum et in iuria latiùs patet et infamia,
atq; odium sæculis traditur. Sene

Eruditio Symbolica.

1 Sol eclypsatꝰ tenebras in totum mundum fundit Lem: Si defficit officit orbi

2 Aquila sup humeros portat suum pullum ad solem lem ex Lucano: Monstrat tolerare labores non iubet

3 Pes ferreus in arena uestigium relinquit lem: Secuturis.

4 Regina apum ex alueari uolat quam omnes alię sequuntur Lem: Sic tua nos uirtus

5 Mons in cuiꝰ uertice fax accensa noctu Lem: Praluceamꝰ

6 Caltha flos ad solem obuersus Lem: Non inferiora secutꝰ.

7 Fluuiꝰ periculosus ad natandum multis spectantibꝰ ab uno transmittitur, iam audentibus aliis. Lem ex Lucano: Dant exempla fidem

PRAXIS.

Mala exempla nocent, bona prosunt.

Prastare omnium oculis in magestate, et regiis non prastare exemplis, grande est minoribꝰ offendiculum. Verberat enim palpebrarum

bram coronæ regalis radius, si terso uirtu-
tum lumine fulgeat, ut nemo tuto aspexe-
rit, nisi in reuerentiam deiecto oculo: Omni-
um uerè in se conuertit oculos, ubi eam tur-
pes uitiorum tenebræ fœdauerunt. Perin-
de eclipses lunæ terræ obfuerunt atq; pec-
cata principis obscurant regnum. Imo
ex grandioribꝰ planetis nullꝰ sine culpa
latuit, minores stellas sine censura de-
lituisse licuit omnes uerò miramur lunæ deliqui-
a, miramur solis radios labores. Crimino-
sissima certè sunt scelera pudata, si pa-
lam data: Nihil exitialiùs quàm corona-
tum scelus. Certum igitur est ruiturum
in peius uulgum, cui maiestas præit et
calcat uitiorum orbitam. Sed indignus
magistratu et illis fascibus, cum quibꝰ eum
anteeunt uapulat; et præstò habet consul
inconsultꝰ lictores, qui de eiꝰ uiciis su-
mant uindictam.

Meliùs est exemplo quàm uerbo per-
trahere.

Cultiores

Cultiores semp euadunt auditores, si non
corpora lingua. sed uirtutis morumq; limâ po:
liantur. Orsorum hæc natura est â lingua sua:
rum matrum perfectionem accipere. Inanima:
ta uerborum proles erit apud oratorem quæ ne
sciet uiuere ab exemplis. Et certè satis infirma
satis imbecillis suada quæ non uincit animum
uerbis molliorib, et non meliorib, actis. Taci:
ta sed tamen uocalis facundia ubi melio:
ra mutus suadet orator probâ uitâ quàm
improbâ inuitatione. Plus ille orator pro:
ficit, qui non deficit plus honesta comme:
moratione in uirtute, quàm magnificâ
commemoratione uirtutis. Debilis in suoar:
gumento, qui multa dicit et nihil probat,
ille, ille suadet quem cùm uideas et audi:
as idem est. Quorsum enim fulmineus Pe:
ricles flammatas dictiones iactet, si fulmi:
ne dignus? Quorsum uocalis Demosthenes
contra Loculos, si ipse argentum in guttu:
re gestat. Non renunciauit quidem uir:

tus

tus ingenio, plus tamen operæ ipsi operi im-
pendendum est, quàm dictionis. Quàm sitatissimũ
sit inter argumentationis species suasuro o-
ratori exemplum.

TITVLVS. Ignus

De Fidelitate.

Eruditio Varia.

Nazamones reconciliati depositis hostilitatis
animis unus alteri è sua manu potum offert,
tandem è tera cinerem lingit, ille adinuicem
idem faciendo alter admonendum omnes
simultates sepeliendas esse Herodoto

Ceteres Dani percussum fœdus significando
uestigia sua proprii sanguinis aspersione ir-
rigabant. Saxo.

Medi atq; Lydi dum secum amicitias statu-
unt ex brachiis suis incidunt uenas, et mutuo
deliniunt. Herodoto

Indi de aqua Tantali bibebant cùm amici-
tiam iurarent, scilicet ut idem fatum ex
fonte haurirent, quod Tantalo patiebatur,

si quis uio

si quis uiolaret amicitiam .. Alex: ab Alexan

Romani milites in nomen Ducis solenni: ter iurabant gladiis ceruici suæ admotis, cum execrationib9 et diris, si pro eo in asperrimis nondecertarent. ... Marcell9

Rex Æthiopum singulis annis mittit legatiõ ad principes: Is cùm ad aliquem peruenerit, ignis in illa domo extinguitur, rursusq; â legato nouus excitatur, ne refrigescat amoris memoria. ... Osorius

Eruditio Sententiarum ..

Tarda solet magnis reb9 inesse fides. Ouid

Dolosus uerbis et risu celat, quod clausum gerit in pectore. Saauedr

Nullæ inimicitiæ grauiores quàm quæ ab amicis parantur: ... Idem

Eloquentia tropis et figuris ornata apud dolosum est noster occult9 carnifex Idem

Nulli iactantiùs fidem suam obligant, quàm qui maximè uiolant. Strada

Nerui et arcus sapientiæ sunt, nõ temere credere. .... Cicero

Apertè odisse uel amare magis ingenui est.

quàm

quàm fronte tegere sententiam. Idem
Apud ignobiles animos tam facile soluitur,
atq; datur. Ines

Dicta Significantia Fraudulentum.

Aliud in titulo aliud in pixide. Sene
Astuta ingenuum uulpes imitante leonem Hor
Thracius amicus est qui in theatro facile amicum possit ostendere. Suidas
Sub persona uiuit. Seneca
Fides eius Thesalicum numisma. Princeps Mercurius â tergo uarius omnium horarum homo. Struthio partim fera partim auis. Vespertilio nec mus nec auis. Polypus omni colori concolor. Prometheus in fide. Arte pelasgâ doctus.

Eruditio Symbolica.

1 Crocodylus deuorato homine super caput eig plorat. Lem: Sine dolore planctus.
2 Castor quando mordere debet ne uehementer lachrymat lem: Fide, sed cui uide.

3 Canis

3 Canis Dominum suum fideliter custodit. Lem: Gressum comitatur herilem.

4 Elephas succisæ arbori innititur Lem: Fulcrum lapsuro.

5 Piscis ad hamum adnatat Lem: Hæc alimenta necant.

6 Scorpius quietissimo iacet et repentè mordet Lem: Suspecta quies.

7 Nouacula in bombycem inuoluta Lem: Ictus et vulnera latent.

PRAXIS.

Maximè timendi, qui se maximè fideles ostendunt.

Palpitat amicum pectus, quod maximè palpat fraudulento amor. Omnium enim opifex est dolorum qui planum pecto et tamen plenũ technis exporrigit tunc se fraudibus armare incipit cum amare videtur. Illi enim ut plurimum fidem suam obligant, qui soluunt, illi sacramentales amici, apud quos profanantur iura amicorum. Difficile est cum Ulysse fallo

se fœdus inire et non metuere. Difficile cum vulpe habere commertium, et dolum non expectare: Difficile est audire Syrenes animum excantantes et captis affectibꝰ non uenire in pabulum monstris. Tutissimè enim qui tectè nocet, sub inuolucris uerborum apertissima hostilitas optimè reconditur. Nempè et aperto Marte non ita formidabile congredi, sicut ex insidiis. Faciliusq; igitur in iugulum aduersæ aciei, quàm ubi ex aggere missiles expectantur mortes, nec facilè aduertatur unde cæco fato inuolvamur. Oculatissimum igitur esse necessum est contra occultissimum, nec augurem agere de extis super amicitia facile est cum magis quàm ultra cortinam Apollinis hos secretum abscondatur.

CHRIA VERBALIS.

Supra dictum Ouidii

Nullus ad amissas ibit amicus opes.

Exordium.

Iusto gratitudinis æquipondio remensum

amorem

amorem et studia populorum in lucro ferret,
qui non solum speciosos falsæ amicitiæ fucos
in multorum elusionem peruigilantis perdi-
dit sed etiam ultra extremam Thulen uanũ
illius nomen proscripsit, dum inter uenas et
ceruſsatos affectus certum præscripsit discrimẽ
Auditores Humaniſsimi. Omne rosarium pesta-
na Chloris eius uertici consecrauit quod sicut
inter rosas timemus spinam, sic ille floridã
in uerba amicitiam non sine aculeo timendam
docuit. Dulces atticismos et immortale nectar
ad eius mentionem propinet chilarior suada
quod ille magnis promiſsis simulatæ amicitiæ,
et spe falláci ebrios suo ad meliorem sensum
reuocauerit dicto. Ferreus enim eſset qui se a-
mantem non amaret; marmora et silices du-
ro gestaret pectore, qui ita teneros characte-
res suis uiscerib9 imprimi non vellet. Et certè
duriores quàm, qui licet adamantis, ipse ta-
men non adamas. Natus es è scopulis, nutrito
lacte ferino qui hanc humanitatem exuiſti. A-
deoq; gratis est beneficia prodigere, si non gratis,
melios in lethæos fontes gratias demergere, qm
deponere in animos citò oblitos; Peius est

ingratum pectus beneficiis ditarare quàm eadem perdere, si tibi prater turpe ingratitudinis fœnus thesaurisas. Felices equidem in suis propoliis mercatores, quibus licitari et pacto pretio supellectilem suam quibusq; licet proponere: Deterior amicitiæ conditio, ubi licet bene velle aliis, et tamen uicissim pro benefactis lapidant Agamemnona Grai. Tu unicus quia et singularis fecisti tibi totum orbem amicum Sulmonensis uates, quia dum ei fidelis amicitiæ leges irrefragabiles proposuisti omnium sinceras mentes et non mentitos candores obtinuisti. Sed cùm iam in sacro Vatum collegio, de sua poëst lauros reportauerit Ouidio, restat auditores, ut in omni amicorum corona triumphet, hucusq; laureato solo uertice, nunc totus quantus nostra corona circumdatus glorietur.

Expositio.

Coronas ad uos in partem Ouidii parciscebar sed cum eas in stipendio orbis uniuersus ei imponat; Superest ut insuper et uerbum eius nullâ non coronatum relinquamus Audi: Et certè meritus est ille uertex diadema cui appositissime laurea circa erudita tempora serpebat. Digna manu portare sceptrum quam caduceus Mercurii

Nihil æquè ab animũ fluctib9 vindicaverit,
quàm semper aliquem incrementis terminũ
fieri, nec fortunæ arbitrium desinendi dare Idem
Noli tranquillitati fortunæ fidere, momento mare ver-
titur, eodem die ubi luserunt navigia sorbent Id8
Res Deus nostras celeri citatas turbine versat Id8
Nemo confidat nimium secundis, nemo desperet
meliora lapsis miscet hæc illis prohibetq; Cloto
stare fortunam. Id8
Una dies quandoq; parens, quandoq; noverca Id8
Neminem ec provexit ut non tantum ei minaretur,
quantum permisit. Id8
Sidunt ipso pondere magna ceditq; oneri fortuna
suo. Idem
Invida fatorum series summisq; negatum sta-
re diu, nimioq; graves sub pondere lapsus. Id8
Sors incerta vagatur: ferq; referq; vices et habent
mortalia casum. Idem
Ut opes nimias mundo fortuna subacto intulit,
ita9 mores cessêre secundis. Idem
Longi parnas fortuna favoris exigit â miseris, quæ
magno pondere famæ res premit adversas fatisq;
prioribꝰ urget. Idem
Natura beatis omnibus esse dedit, si quis cognoverit
uti. Clau
Semper tacitâ sortes ambage maligna. Idem

Nunqm

Nunqm sincera bonorum sors nulli concessa viro Sta
Desinat elatis quisquàm confidere rebus, instabi-
lesq; Deos et lubrica nomina discat. Idem
Vsq; adeò nulla est sincera voluptas, solicitumq; a-
liquid intervenit. Ouid
Quidquid mihi fortuna quæ nunqm fallere pos-
sit, nil ego quod nullo tempore lædat amo. Id
Et ratio fatum vincere nulla valet. Id
Facile dare summa Deos eadem tueri difficiles Luc
Aspicit in summa cortex levis innatet unda velaq;
plus parvis magna timoris habent. Ouid
Nunqm præcipiti credulus aleæ tu satis avidas
tradideris manus, ut tecum taciti prælij fœ-
dera aquâ pace quiescerent. Sarbiew
Facilem ferendo finge fortunam, levis ee longo di-
scit ab usu. Id
Sive te vento vehet aura uento, sive non planis
agitabit undis vince fortunam. Id
Nos inani pascit imagine fortuna rerum. Id
Hac qua secundis iecit honoribus benè ominata
mobilis aleam fortuna mentitur: Id
Cum leves visent tua tecta casus, lætq occurres
præeunte luctu; faustitas et pax subeunt eos-
dem sæpè pænates. Idem
Seu caput horridis fortuna circumsultat un-
dis, seu placidâ tibi mulcet aurâ immube semp
rideat aureo pectus sereno. Idem
Fulmina rusticas ferire dedignantur ædes, sed
rurilis

rutilis propiora cœlis quæ penè celsas non humili mitrâ vicêre nubes sollicito scopi metæq; maioris superbæ vasta metuunt monumenta telo Ines

Occidit quod fraudulentis erigit arribus non sola virtus et doloso ambitio malè fulta sceptro. Idem

Improbus priusquàm â fortuna impellatur; ipsa sceleris sui mole ruit. Idem

Per nefas quæsitæ fortunæ exitus cadere est. Id

Nihil citiùs, quàm magna decoquitur fortuna. Id

Cognatus fortunæ lethargus multorum alta nuperrimæ sortis oblivio. Idem

Nullibi maiores ruinæ, quàm in magnis ædificiis. Idem

Prosperitas senex immane monstrum. Id

Adversa sors est aspera prosperæ severa blandæ. Id

Quæ communem staturam excedunt felicitatis, ut plurimum tragica esse solent. Idem

Mordax Mygdonias opes cingit sollicitis cura pavoribus. Idem

Suis optimam torva securibus fortuna Reges debet hostiam, et quos coronavit, macello funereum paratin tributum. Idem

Ne male mobili permitte fortunæ carinam, ambiguis vehit illa ventis. Ranon

Maior quiete, dubiisq́ maior virtus procellis Id9
Te nec sors tetricis hispida vultibus, nec fati violens terreat impetus, natum nonpavidæ mentis ab arcibus praspectare pericula. ~~ Id8
Quamvis cerulei turbidus ætheris præses dira tonet carrere nubium, tunc muto peragat bella silentio alta vis patientiæ. Idem
Inter serenæ fulgura gloriæ stet frontis uncussus altæ et similes moderetur inter secunda vultus seu gravior caput procella tundat, videatvè nondubio Phàëton sereno. Id8
Inter ipsas clades tantum gloriæ fortuna reservat miseris, ut multiplici fenore refundat calamitates. ~~ Patium Eloquentiæ
Temporis momentis florentis fortunæ mutationes desunt, isq́ qui felicissimus videbatur subita malignitate, casus absorbetur miser. Id8
Meretricium fortunæ ingenium impudentiam habet et perfidiam amoris. ~ Barclaius.
Pereuntium amatorem rerum quodam miseriæ dilemmate intercipit necessaria calamitas, siuè optet, sive possideat, sive donet, si mulcet votis. ~~~ Idem
Fortunæ decretum multoties aliquo pestilenti fato turbatur. ~~ Idem
Vulgares

Vulgares personas nulla tempestas, nulli casus illustrant. ~~ Idem.

Fortuna satietate ac fastidio capta retro cedere incipit. ~~ Strada

Cingit opum copia, cingimur obsessore metu, seq; precariis miscet cura soporibg. Avancing

Fortuna littus mitior impetit, altum fatigat Idem

Cuncta mortalium incerta, quantoq; plùs adeptus sis, tantò te magis in lubrico. Tacitus

Difficile est temperare felicitati, quam te non putas diu visurum. ~~ Idem

Quæ fato pendet quamvis non significata non vitantur. ~~ Idem

Quos premit oblivio fortunæ nè natos puta Idem

Hoc ipso quisq; miserrimus, quod ingentes animæ inveniant felices. ~~ Idem

In solito sereno cito tempestas suberit. Thesaw

Humanarum rerum stylus est læta tristibus finire. Idem

Extrema regni tranquillitas extremam claudem minatur. ~~ Idem

Quidquid excessit modum pendet in instabili If

Qui alti incedunt saginari hostiæ adinstar ad supplicium videntur, et velut ad culterum vi-

ctimæ coronari. Naxera

Magna calamitas est magna fortuna Idem

fulmina altiora feriunt, vimq; suam, dum
prorsùs everterunt ambitiosius ostentat. Id

sidunt ipso pondere magna cediq; oneri fortu-
na suo. Seneq

Quàmvis nihil extra lacessat, aut quatiat in se
ipsa fortuna ruit. Idem

Multum caliginis mentibq humanis obiicit magn
felicitas. Idem

Si prævalebit fortuna et præcidet agendi facul-
tatem non statim aversus fugias latebras quæ-
rens, quasi locus sit aliquis quo non possit for tu-
na persequi. Idem

Optimus pecuniæ modus est, qui nec in pauper-
tatem cadit, nec procul à paupertate discedit. Id

Facit avidos nimia felicitas, nec ita temperatæ
sunt cupiditates unqm ut in eo quod contigit,
desinant. Idem

Omnium extrinsecus affluentium lubrica et
incerta possessio est. Idem

Cincit nos fortuna, nisi tota vinciat. Idem

Nullam esse tantam potentiam, in quam non
incurrat iniuria. Idem

Erudi

Erudito Symbolica.

1 Sol repente nubibꝫ obducit lem: ex Clau: Sors infida serenꝫ.

2 Simulacrum fortunæ quæ manibꝫ globum terrestrem tenes quasi proiectura stat, lem ex Claudi: Miserum permitto casibꝫ orbem

3 Navigans fortuna post malatiam in magno turbine navim gubernat lem ex Clau: Male donatos cerrat pensare favores supplitiis fœnia

4 Simulacrum fortunæ unâ manu tenet favum mellis, alterâ fel lem ex Claudiano: Infusis corrumpit mella venenis.

5 Eâdem manu largitur dona sua, alterâ furatꝫ lem ex Sarbievio: Quod tibi larga dedit hora dextra, hora furaci rapiet sinistro.

6 Eâdem speculum tenet, et occulte telum in aspicientes vibrat lem: Fraus non obscura videnti

7 Eâdem larvam portat, lem: Cultus, fortunæ variantꝫ imagine lunæ.

8 Eadem è Meditis ruinis prodit et inter parietinas salva lem: Proderit quod protexit.

9 Eadem miro artificio genium quendam vexit. lem: Tanquàm commodato.

10 Eadem picturam exercet lemꝫ: Multi fortunæ colores.

11 Augustus ut significasset fortunam cum virtute

tute esse iungendam pingebat capricornum orbi ac remo innixum, lem: Fati fidem virtute sequemur:

12 Navis sine instrumentis nauticis in medio mari deserta quasi fortunæ se credidisset, lem: Nullo moderante feror:

13 Frumentum ventilatur gramo meliori remanente paleis avolantibg lem ex Virgil: Ad Zephyrum paleæ iactantur inanes.

EV PRAXIS.

Fortuna est omnibus una.

Omnium pœnalissimum est, cognatatas habere calamitates fortunis, et atquè fragili limo fabricatam omnium felicitatem esse atq; ipsos felices. Elevat postremo in crucem et patibulum dum altius solium Polycritati nescit erigere: Trucidat famæ Midam cùm ad nauseam auro satiabit. Movet tantummodò cerebrum invanas mentes et falsas pingit in apprehensione imagines, quas ita manibg plerisq; volunt, sicut votis comprehendere. Noverca hæc est, ludit alumnorum suorum inertes pupillas ut tandem miseros Thyresias amissis ad magna illig promissa oculis de-

ſtituat. Inimicum eſt hoc eius Aſylum, ad quod maximè intuti qui ſecuriſſimè perfugerunt. Enimverò etiam ad diu felices venit quondam ſua portio calamitatum, et quisquis eam cum favoribꝰ in ſe ruere videt, ruituram credat. Atquè enim periculoſa eſt felicitatis intemperantia in dando, atq; odioſa in repetendo. Neſciunt tamen miſeri felices, quod in iisdem cunabulis quibꝰ eos nutrix fortuna fovet, ſimul et ſeva: le compenat pheretrum. Novit molliores dexteras alumnis ſuis ſupponere dum nutrit, ut tandem ferreo amplexu elidat ſpiritum, et ubi lac propinavit, in fondo reliquit ſellis po: tionem, Veluti in mari quieto periculoſa tran: quillitas malè ſecuros delectat, ut poſt malati: am procellas excitet, et in oſſam Scyllæ naves porrigat. Sic ubi ſudam ſe demonſtrat fortu: na ſudare facit, iisdem momentis Zephyros et Aquilones provocat.

Multi fortunam inconsultè amant.

Erat qui fortunam nomine tenus conſiderat, que et in: compoſito, et ex compoſito habet infortuni: um. Etiam fortunati Graſſi, fiunt teretes, et fe: lix ſimulq; ingens ſuâ fortunâ Mimas in mini: mas fulmine delectꝰ reliquias concidit. Certu:

inna hæc multas brevi tempore portat metamorphoses. Nullibili tam diu grauiterq; stetit, ut vel vestigium eius appareret postqm hospitium deseruit. In uentis equitat nullo remorandа frenо, cursim tantùm visitat; et eos ipsos sibi subiugat, sub quorum iugo ipsa optemperat. Nec in solo hæc Nemesis suas vicissitudines Adrasto exercet cum et felicem ipsis divitiis et mediâ felicitate conficiat. Audax est illig malitia quando et ipsi Herculi colluctari ausit. Minus tamen in eum furit qui imbellis leonum more abiectos transilit. Semper igitur subscribe fatorum ordini et omnibg fortunæ statutis, tuo etiam consentias decreto. Quamvis adversus te attollat cornua, tu ex adverso caperatam rugis non erigе frontem. Debemus more puerorum ad crepundia fortuna lætari quæ tantùm ad lusum nobis non ad usum porrigit. Delibanda solùm promissa obtrudit, et iubet spes obuias lingere, plenam negat satietatem, omnes Ixiones effreit quoscunq;, suæ intricavit rotæ, quia corda eorum vanis dissecat votis. &c

TITVLVS 22dus

De Gloria & Fama.

Eruditio Varia.

Themi-

Themistocles rogatq acroama libentissimè audivit, respondit: Quod optimè prædicabat virtutem meam. ... Cicero.

Leonides quamvis pro certo sciret mortem sibi oppetendam ad Thermopylas tamen propter gloriam eo cum Phocensibq venit. ... Pausanias.

Graeci vitam et fortunarum pericula non verecham subire, dum modo coronas ex Oleastro obtinuissent. Id Alexander Magnus edicto vetuit ne pingeretur, nisi ab Apelle, nec sculperetq, nisi â Lysippo quod alios putaret suam gloriam dehonestaturos. Curtiq

Alexander Magnus Ephesi pro construendo templo sumptus maximos spoponderat, si tantùm nomen illiq in eo scriptum fuisset. Sabellicus.

Lisander Lacedæmoniq semper Herillum poëtam secum ducebat, ut carminibq ea celebraret quæ armis gessisset. ... Plutarchus.

Diogenes appellare solebat mancipia non vivos qui nimium laudi suæ ostenderent. ...

Propter gloriam etiam mors non timenda qd Torquatq Romanq egit, dum spectatorem virtutis suæ Fabium haberet, sicut poëta:

- - Omnanimi vel morte emisse volebant
Spectatori Fabio. ... - - - Sil Italli

Eruditio Sententiarum. ...

Memorem famam qui benè gessit habet. .. Ovidiq.

Corpora

Corpora debent, mæstis exanguia bustis effugiunt
structos nomen honosq; rogos. Idem.
Occidit et Theseus, et qui tumulavit Orestem, sed
tamen in laudes viuit uterq; suas. Idem.
Contemptu famæ contemnuntur virtutes. Tacit.
Spreta in tempore gloria interdum emulatio-
redit. Liuius.
Ne præcones ipsi quidem se prædicant. Cicero.
Etiam sapientibus cupido gloriæ nouissima exu-
uitur. Tacitus.
Generosa indoles ad extrema semper contendit, aut
Cæsar. vult esse aut nihil. Saavedra.
Nulla immanior bellua illo homine quem nec
rectè factorum præmium nec gloria incitat Id
Ita homini nauigandum seu per malatiam seu
per tempestatem, ut nunquàm ex oculis dimit-
tat lucidum pharum gloriæ. Idem.
Est eam placuisse sibi quacunq; voluptas. Ouid.
Fœcunda facit pectora laudis amor. Idem.
Laudatas ostendit auis Iunonia pennas si tacitus
spectes illa recondit opes. Idem
Non parvas animo dat gloria vires. Idem
Ingenio stimulos subdere fama solet. Idem
Quadrupedes inter rapidi certamina cursûs
depexaq; iuba clausaq; colla iuvant. Idem

Splendidam vara sine laude gazam turgidum
plena sine laude nomen mitte te solo cultus beat
viuere disces. Sarbievius.
Quid cassis sequimur fugacem gloriam telis? fugit
illa mauri more uel parthi regeritq; ab ipso vul:
nera tergo. Idem.
Gloria est sicut sol nunc ex Pigmeo Gygantem fa:
cit nunc ex Gygante Pigmeum Ines.
Quisq; suâ minor laude vtitur captat Cithesias. Id
se nemo magnus iudice displicet domi æstimati glo:
ria nominis. Idem
Augusta clari gloria verticis est calca regum ser vi:
da, Principum fames sitisq; attenta famæ non
modica satiatur aura. Ranon
Nec umbra soli nec meritis comes abstitit unqm gloria. Ps
Neminem excelsi ingenii humilia delectant. Sene
Gignum nobis vitæ curriculum natura circumscrip:
sit gloria immensum. Sacut
Nihil in famam laborem q; sequaq; vel mala dum benè
merearis. Sene
Cuius in usum patriæ se impendentis veluti Cæsa:
ris impendentis veluti & est vita qui nó sibi sed to:
ti natum se credidit orbi. Luca

Eruditio Symbolica

1 Equus generosissim, in cursu tamen stimu:
latur calcarib lem ex Ovid: Immensum glo:
ria calcar habet.

2 Mons asperrimis rupibꝰ obductus in cuius vertice corona lem: Per præceps gloria vadit ver-
3 Simia (ut scribit Ælianꝰ) obiecto sibi à venatoribꝰ speculo admodum complacet lem: ex Ovid: A speculi sumuntur imagine fastꝰ
4 Hercules cum leone luctatur lemma ex Virgilio: Citamq; iuvat pro laude pacisci

PRAXIS.

Gloria ad multa excitat bona.

Magnorum præludia fatorum in parvis enitentia conatibꝰ citò in summam adolescunt felicitatem, si unico eoq; dulci gloriæ gustu provocentur. Magna enim est etiam ipsarum virtutum illecebra potens lenocinium gloriæ, ut in suum viscum difficulter bonam inddem vitia pertrahant, cui sapidꝰ bonæ famæ edulium. Licet enim ita difficilibꝰ sese gloria incluſit adijtis, ut vix laxet postes, adamas nisi sanguine hirrientes perfundas cardines ne turpiter in aureo posterorum obstrepant: Tamen omni molimine irrumpet in æternitatis ianuam, qui nolit excludi à gloria. Illi soli vivos moliuntꝰ de Tar-

tara

tara gressus, ut oblivioſa mergant Lethe quibus omnis generoſior scintilla famæ in flegmatico extincta corde. Cùm ipsa verò ferantur in ſublime natura nec sibi in omni labore ignoscunt immortali laudis cupidine. Dandum igitur virtuti theatrum, ut suam non impigrè obeat scenam dandi Praxiteles, qui memores coloſſos famæ publicæ statuant. Dandi Maroues cum pöéticis faſtis et nemo etiam per Iuvenas flammas iverit cum Æneæ si ei Hercules præparet Æneis. Non horrescunt enim vivaces curæ etiam Lybicas atterere silices, si tamen in memori saxo operosa illorum vestigia phidiaca manu raserit. Nempè quis quis mulcetur honoris muneribus nec obviis iure tot metuit fatis dum modo incidat in gloriam.

TITVLVS. 23tius

De Gratitudine.

Eruditio Varia.

Athenienses secundum locum post Hercules

Hippocrati tribuerunt quia tempore pestis di-
Plutar scipulos suos ad curandam luem ordinaverat.
Demodaces Persa in vim gratitudinis quod Da-
rio luxatum pedem curaverit aureis compedi-
bo vinculato est. Herodoto
Alexander Magnus ex bello Indico reversus, Ma-
cedones milites omnes coronatos iussit ambula-
re ubiq, et primum eam inter senatores locũ
tenere pro laboribo exantlatis. Plutar.
Romani benè meritos milites aureis hastis et tuni-
cis lege Calpburniâ præmiabantur. Plinio
Aurelian privilegio concesserat, ut qui fudis-
sent ex acie hostem aureis phibulis uterent
Alexander ab Alex.
Athenienses decreto sanxerant, ut stulti et mori-
nes equi et asini qui agreiè laboraverunt in
senio vinculis solverentur; et ad mortem
usq, alerent. Rhodigin.
Accipiter tempore apprehensum passerem pecco-
ri admovet, ut se illo calefaciat manè verò sin-
gulis diebo illæsum dimittit. Aristoteles.
Scambri cicures â piscatoribo alti dimittuntur
in mare qui regratificando etiam feros in re-

tia in

tia inducunt. Idem

Buzanꝰ memorat se habuisse lincem ita cicurem, ut abeuntem aliquo complecteretur et osculi illi figeret cum verò p̃fectꝰ esset in castra tædio interiit.

Caio Cæsari referebantur pro omnibꝰ etiam pessimis gratiæ. Suetonꝰ

Augusto p̃ iniuria dabat sibi illata Phurnio, qd pro eius gratiis non possit ee gratꝰ, ut ipsemet apud Senecam dicit: Hanc unam habeo Cæsar iniuriam tuam; effeciſti ut viverem et morerer ingratꝰ. Sen. lib. 2do de beneficiis

Ita et apud Tacitum Neroni suo obligatum se esse Senaca dicit: Medio temporis tantum honorum atq; opum in me cumulasti; ut nihil felicitati meæ desit, nisi moderatio eius. Hoc quoq; in tuam gloriam cedet, eos ei exisse, ad sũma qui etiam modica tolerarent lib. 14 annaliũ

Eruditio Sententiarum.

Beneficiis multi ceu floribꝰ utuntur, tam diu gratis quamdiu recentibꝰ. Strada

Plus æstimanda beneficentia quàm beneficia. Nierembo. 210

Altiùs offensa in læso, manet, quàm gratia in adiuto. Idem

Multa admiratio beneficij stat p̃actione gratiarum. Iuglans

Proclivius est iniuriæ quàm beneficio pectus humanum, quia gratia oneri ultio in quæstu habetur. Tacitus

Beneficia in fortunam crediti transeunt Sen

Age gratias pro his quæ accepisti et nondum plenum te esse gaude; inter voluptates enim est supereſse quæ velis. Idem

Beneficia tanquam fœcundo solo spargimus quia responsurum scimus. Naxera

Beneficium non solvisse gravior nobilibus dolor, et exaggeratius martyrium. Id

Sæpe ubi adolevit benevolentia, longè ad altas caus valet quàm propter quas esse incœpit. Bar

Incumbit summis hominibus ficta et adulterata illudere, veram industriam à iustissimis præmiis non arcere. Idem

Omne quod genitum esset genitorem suum tacitâ quadam voce defingit. Naziandelus

Eruditio Varia.

1 Luna in tantum splendet in quantum â sole illuminatur lem: Quantum dederis; habes.

2 Nux verberatur ut melius fructificet lem: Pro benefactis

3 Supra puteum corona lem: Qui haurit, coronet

4 The

Theseus in Labirintho semel ingratus Ariadnæ, secundo ab eo illuditur lem. ex Ouidio: Ingrato exprobrasse voluptas

PRAXIS.

Gratitudo plures gratias exposcit.

Decet largius dispensare qui noverit liberalem sibi datoris dexteram desponsare. Obligat ad maiora obligatus in paruis. Tributa quippè sunt non gratiæ quas sibi clientis gratitudo iubet non petit dari. Maximè cum sine dispendio Mecænates benefaciunt, ubi eorum favores magni fiunt. Quis enim electam sementem sterili concredat glebæ, in qua lolium tribuli, fatigant tritices messes et inexpugnabile gramen? quis melius sudore quàm derivatis ex Nilo canalibo, ut culmo respondeat, agrum excolat, si ei flavescentia Gargara æstivæ detondent falces, nihil præter steriles avenas importabunt? quis nihil profecturis bobo arabit littora, ubi Oceano ipso avario cor absorbere omnia quidquid in margine siminaveris, novit nullo gratitudinis proventu respondere? Partio igitur

igitur partiatur præmia munificus dator in tenaces gratiarum; caveat in hos scopulos auarum detorquere factolum; caveat in has charibdes (quæ hauriunt et potas ore reiectant aquas) quidquam inuehere cum ipsa charibdi immanior sit omnis ingratus, ubi illa quas hausit, eadem mari restituit aquas &c.

TITVLVS. 24tius

De Humilitate & Modestia

Eruditio Varia.

Agiesilaus imaginem suam vetuit post mortem exponi dicens: Quod bona ipsius opera essent monumentum eius. Plutarchus

Pompeius per humilitatem fatebatur se omnem magistratum citiùs quàm esset meritus mactum fuisse. Idem

Cleantem Philosophum quidam in faciem cecidit, at ille ita se modestè gessit, ut spectatores percussorem exturbauerint. Laertius

Dix verò inter homines referendi Domicianus et Deum se appellari iussit. Caligula qui omnia Deorum simulacra decapitauit. Hannon Carthaginensis humanam nō meritus laudem

dem quia auium vocibꝰ Deum se acclamari voluit.

Unica Pucheria verè pulchrum laudis reliquit dogma, quod Theodosium fratrem suum ab adolescentia ad modestiam composuerit docendo et gradus figere et vestem sibi circumdare. Nicephorus

Carpit Seneca arrogantiam et votorum immoderationem dicendo: Nemo agit de tribunatu gratias sed queritur, quod non sit ad prætura̅m usque perductus nec hæc grata est, si deest consolatus, nec hic quidem saciat si unus est. Ultra se cupiditas porrigit, et felicitatẽ suam non intelligit quia non unde veneris respicit sed quô tendat.

Commendat Polyticꝰ humilitatem et modestiam dicendo: Non pari dinocuit Idæum pascuum, et Deos Ægyptus humilibꝰ formis abscondit. Barclaig

Eruditio Sententiarũ.

Modestia quæ se rubore suo profitetur, tanta virtus est quanta reliquarum omnium cætus. Patium Eloquentia

Magnum delata potestas, maiorem contempta probat. Claud

Sumere quamvis exterioribꝰ detur, negatur oriscere de suo virum æstimabis. Avantiꝰ

Communiter omni fungitur officio, gaudetq;
potentia flecti. -- Glau
Et optimè messes fortiori nutu ventis resistunt
manium segetum cassi vertices nullis auris oblu:
ctantur ita ea pacib9 honorum non nisi digna
gloria imperat immerentes autem solum di:
gnitatis nomen corrumpit. ~~ Barclaig
Publicus hinc ardescit amor, cum moribus aquis
inclinat populo regale modestia culmen. Glau
Ad magnos virtutis status et laudes assumi:
tur verecunda modestia. Palatium Eloquè
Quid iustius quam eum principem amare, colere,
admirari qui se subditis parem facit Idem
Compendium laudum est, si suprema in di:
gnitate locatus demisse et humiliter se gerat. Id
Si ad subditos princeps per aqualitatem descen:
dat, non minus deperit dignitatis, quàm soli
radios infernè dimittenti. ~~~ Id
Non minq se hominem qui praest quàm ho:
minib9 praesse meminerit princeps. Plinig
Melius honestatis fructus in conscientia, qm
in fama deponuntur sequi enim gloriâ nõ
appeti debet. ~~ Id
Cui nihil

Cui nihil dignitatis adagendum certicem su:
pereſt, hic uno modo creſcere poteſt ſe ſe ip ſe
ſubmittat. ~~~ Idem
Si quando regum maieſtas ſupra humana
capita attollatur, per ſuperbiam iacet humani:
tas. ~~~ Id
Eminentis vitæ exitus eſt cadere. ~~ Sene
Alter remq aquas alter tibi radat arenas. Roper
Lui tumidus ſe librat attollitq regno eſſe ſu:
um populiq, neſcit æquale lethum. Sarbie
Fruſtra cecropia bile ſonantia pulſamus calidis
pulpita dexteris; ille et doctiloquo Socrate do:
ctior qui ſe novit, erit. ~~~ Id.
Vera laus plebem fugit, et remotas incolit
arces. ~~~ Ines
Vt evibrantem ſplendidior tegit caligo ſolem,
ſic docilem premit cortina laudem. Id
Laus vera vanæ lucra ſcientiæ evitat ultrò Id
ſe nemo magnus iudice. ~~~ Id
Iam te minore tutior pones loco. ~~ Id
Virtq theatrum nec vacuam ſui mirantur
umbram nec populariq ſe credit, auris. Ramon
Scit et minores pulcher honor ſui quandoq
formas fingere. ~~~ Idem

Erudito

Eruditio Symbolica.

1 Palma onusta fructibꝰ ad terram inclinata lem: Quæ profert non effert.

2 Sol in occidente ultimum radium adhuc in horizonte habens lem: Post tenebras lucem

3 Concha in luto iacens gemmis plena lem: Nó vilior loco

4 Radiꝰ solis in obscuro hypocausto lem: Nox sicut illuminatio

5 Aquila ex cedro devolat in terram lem: Sponte demissus.

PRAXIS.

Sublimia casibus exposita.

Eliscunt in summos fortunarum vertices humanæ mentes, et patientiorem et patientiorem ictibꝰ fatorum metam exponant. Facilè est ad beatos portus enatare velle, sed Myoparonem agit fortuna et in ipso Æry treo aquatilia infortunia et tristes remore, quæ felicem cursú maximi etiam sistant navigii. Consultissimè igitur agit qui sive terrâ sive mari deprælianem fortunam timet, et ne profundum in alto experiatur, planum tenet. Potest enim submis-

so etiam

curii non grauauerat. Meretur trabeam qui academicam benè induerat togam. Etiam in dolio delitescenti Diogeni magus Alexander non inuideat solem, et ubiq; uiro erudito publicam lucem nemo sine iniuria negauerit. Sed vos Audi: ultro citroq; in Ouidium omnes ad eas omnibus contulistis uotis, ultimario tandem eius coronate dictum: Nullus ad amissas etc. quo sit delitatem amicorum magnis et diuturnis periculis facere docuit in maximo eorum fortunæ periculo. Sed neq; uos ipsi uel coacto suffragio mutabiles amici non dabitis Ouidio gloriam, quorum ille inconstantiam dicto & digito plane expunxit suo. Discetis dolosi Sinones, non bene uelle Troiæ; cum maxime malè voluistis: Discetis Syrenes non cantare in aurem Ulyssis, quam iam non cerâ oblinit sed dulci suo essato Ouidius. Non facilè tuum filtrum propinabis hostilis Circe, quod ille occulto exarmauit veneno, dum fraudes tuas dicto dilúit.

Causa.

Habebimus et nos doctrinam, ut nonquemuis amicum esse et fidum Æneæ Achatem existimemus, qui verbalem amicitiæ professionem et va-

na nomina iactat. Nihil enim sanius est quàm in ipsa acceptatione personarum suspendere ne eos etiam iuremus esse fidelissimos, qui faciles ad peierandum in fœderibus amoris. Enim verò speculum est amicq; cuius si fragilis affectus erit, etiam tu in illo non diu te videbis, quia in vitreo fundamento et in firma firmitudine impressam feceras imaginem. Multi diserto vultu affectus pernant, tacente ad comptam orationem corde. Plerumq; infidelissimus fidelitatem paciscitur et maximè stringit qui maximè perstringit; Basia figit et venena inspirat incautis et furiales oscula virus. Adeo rarus est Theseus et Pyrithous, ut propugnando affectum expugnent stygem, et in letheo etiam vado demersi, candoris non obliuiscantur. Adeo fidele sed et unum par Nisus et Eurialus ut nasci similes difficilius sit, quàm eos mori ad inuicem erat facilè. Etenim multi possunt amicitiam spondere sed pauci solent respondere affectui. Nexus hic citissimè dissolvitur, etiam emeriti militis nomen amor adeptus, ad tyrocinium et pri-

ma rudimenta amicitiæ descendit. Cui fortunæ rixa in sodalem excita fastidium inducit amãti; Cui dusterior Aquilo difflat ab animo fidem exoleturam. Date igitur carbasa fortunatis regenda Zephiris, si vultis numerosam sodalium classem conscribere, sed in medium prouecti prouecti pontum, ubi grauius coelum tonuerit, ubi uehementius insultum fecerit Æolus, omnis ille comitatus dissipabitur. Explicate mentis sinceræ scenam, et innumeros numerabitis fautores, sed ubi ad tragædiam uentum fuerit pro interludio fortunæ solitarii manebitis. Apollo hic ipse ex præcordiis pòëtæ loquitur præcauentis Non multis sed nec nulli dicaris amicus, quia inter multos etiam paucos noniuidebitis. Ideoq; etiam vobis dicitur qui in faciem tantùm addicti estis non ponite hunc blanditiarum viscum, in quo turpe aucupium et fraudem amicitiæ extruxistis non prætendite candorem pectoris pleni liuore amici, quandoquidem multi sunt amoris declamatores pauci actores.

Contrarium.

Sed neq; amici nomine vocandus, qui sibi benevolos duntaxat titulos et pulchra vocabula fraudi prætendit charactere amoris fronte inscribit, professione odii sunt, qui tecto dolo et occultâ malitiâ sub nomine amicitiæ vatinianam rabiem exercent, quo et incircumspectis oculos eludant et confisos et retia trahant. Bella sit dum talis amicus bellissima loquitur verba; Non cruentum quidem sed tamen ferale duellum dum talis tibi congreditur; manus inter politicos, et non inter amicos ritus, conserere, idem est quod in necem ruere, nisi quod absq; ferro. Ita sane si quæ tibi varius Ulisses spondet beficia, tu crede veneficia; si ementitos interserit iocos, tu crede focos, si suaues in aure tua videtur pulsare Orphei lyras, tu crede iras. Noverunt enim tales fel in favo, toxicum in philtro, venenum in auro ministrare, et ubi molli sermonis contextu innectunt animum audientis cataſtas et vincula parant. Adeò non

uerus

uerus amicus, ueriſsimus eſt hoſtis: adeò occultus fautor apertus inimicus, ex inſidiis interimi!. Et quidem graviora sunt vulnera blandientis ubi in aperto dimicuerit simultatis mucro, quem iniqua sinceritatis cortina truces coquendo fraudes absconderat malicia. Citiùs adurimur et grauiùs lædimur incedendo per suppositos ignes cineri doloso Ætnam uerò et æſtuantem clibanum â longe vitamus. Citiùs cuniculis fortiſsima pergama subruuntur quàm decennali Marte per hoſtilem expicato aciem; citiùs et amicitiæ ex occulto nocentur, quàm si â fronte laceſsatur; et ferociores sunt eiusmodi amici, quàm crudeles parti, quos dum sequeris faciliùs peribis. Itaq; si retia vitat auis quæ aperta sunt labitur in occulta, etiam quilibet magis illa quæ sunt operta quàm quæ aperta amicitiæ illicia fugiat. Non omnem deguſtet hamum quòd splendeat, niſi ſtringulari velit. Non omnem

fiſtulam

fistulam audiat, quàd dulcè canat, nisi priùs auribus tandem libertate captis vari velit.

Simile.

Et suo et suæ nauis malo securus navigat Palynurus, cui aura primò lenis impellit rates allapsa velis, et unda vix tactu tranquilla Zephyri mollis nonportu favet, nec futuri turbinis suspicionem movet, cùm tamen in Cappharæa plerumq; et infames naufragii syrtes nauigia deduxerunt, iidem Zephyri qui in pace maris fideliter seruiverunt. Et seipsum odit, et nimis suos amicas amat, qui in media felicitate, et magnis usus favoniis fidelis experitur, donec ad scopulum infortunii lapsus eandem cum ventis eorum constantiam expertus est.

Exemplum.

Fidelissimo enim quandoq; fidelitatem amisit, aut non retinuit, nisi quàmdiu fortuna iussit Theseum turpe infidelitatis exemplum p

ponit

ponit Labyrinthus, qui eousq; figuratus Ariadnæ amicus, quousq; infelix.

Testimonium.

Concinit argumento meo et veritati pòéta noster Ovidius dicens: Donec eris felix multos numerabis amicos, tanquàm si amici hoc nomine nondiutiùs insigniri deberent, nisi quàm diu nos felices.

Epilogus.

Et pro hac ultimatâ et pro cardinali meæ dictionis sententia Ovidio habes gratias, habeo et vobis Auditores, quòd et fraudibus discingere dolos ex Ovidio didiceritis, et cum ipsum quod suspectos prodiderit suspectissimum habere velitis.

TITVLVS. 2omus

De Forma & Deformitate.

Eruditio Varia.

Alcibiades inter Græcos, Scipio inter Romanos admirandâ formâ fuêre. Plutarchus.

Populus Romanus iurabat se nunquàm pulchri-

orem habuisse Imperatorem, qm Maximum mi:
norem. Sabellig

Solum sapientem vocabant pulchrum Stoici, un:
de Socrates optabat ut intus pulcher esset et non
extra. Plato in Alcibg

Galathea Nympha ob singularem formam hãc
merita est panegyrim:

Candior nivei folio Galathea ligustri
– Floridior prato, longa procerior alno
Splendidior vitro, rigno formosior horto
Solibus hibernis æstivâ gratior umbrâ
Nobilior pomis platano commensior altâ
Lucidior glacie natura dulcior uvâ
Mollior et Cygni plumis et lacte coacto.

Rhodope Ægyptia ita formosa fuit ut lavanti
illi prætervolans aquila calceum abstulerit, et
tanquàm pignus amicitiæ rursus in sinum iniecit.
Ælianus.

Apud Veteres malum omen erat, turpi homini
obviare summo mane, unde Europii insectans pò:
eta dicit: Et honorem dominis præbere imago
Decor et macies occursu lædere tomines
Claudi Aut pueris latura metg, aut tædia mentis.

Hæc significabunt formosum.

Totus è caspula; Capuanus alumnus. On:
quentatg

Ungnentatus. Geometriam in superciliis exer-
cet. & Massilia venit. Lentiscum mandit.

Hæc significabunt deformem.

Martialis depinxit vetulam, habet tres dentes, tres capillos, pectus Cicadæ, crus formicæ, aranearum pu-
pillas, os rictibus Crocodyli simile, cantum ranarum et culicum, uisum noctuæ. Item illa: Illi non arrisêre parentes, nec Deus hunc mensâ, Dea nec dignata cubili. Æsopus puerorum formido. Gry-
nis trahica, talis cui per mediam nolis occurre-
re noctem. Taurinum tuetur. Lemnio euerbe-
rat aspectu.

Eruditio Sententiarum.

Anceps forma bonum mortalibus exigui donũ breve temporis et velox celeri labens. Seneca
Res est forma fugax, huc fulgor teneris quia ra-
diat genis, momento rapitur, nullaq; non dies formosi spolium corporis abstulit. Idem
Non hoc semper eris, perdunt hæc gramina flo-
res, perdit spina rosas, nec semper lilia candẽt, formam populabitur ætas. Ovidius
Pessima sit nulli non sua forma placet. Idem
Fastus inest pulchris sequiturq; superbia for-

mam

mam. Idem

Dat facies animos. Idem

Non semper violæ, non semper lilia florent, et vi: get amissâ spina relictâ rosâ. Idem

Decens facies longis vitiabitur annis, injecta manum fortunæ damnosa senectus quo strepitu passu non faciente venit. Idem

Mendax forma bonum deficientibus annis, præcipitat vitrea concuti, dilabi facilis, cerea diffluere horna more rosæ, quàm modo roscidum cum fovet tepi: dis mane favoniis, dissolvit pluviis vesper Athe: siis. Sarbievius.

Lis est cum forma magna pudicitiæ. Juvena

Esse solet raro pulchra pudica caro. Anonym.

Mala sarcina est formæ pulchritudo. Thesaur.

Speciosum damnum est species. Idem

Mens formosa tegi formoso corpore gaudet. Statius

Hæc erunt significativa formæ

Forma nisi in veras non cadit ista Deas. v Con: cedunt flammis sydera cuncta tuis. v Nec ti: bi pars usquàm Phrygiæ, nec solis aborti um: tern formosas altera nomen habet. Item. Vin: cis purpureis sidera vultibus, sinceriq; rubor

solis

solis, et aureo quidquid casta sereno stellarum irradiat cohors Ines. Sui rubentis stamina purpurae vicêre crines, Illyqdonium comae vicêre muricem, et recoctum Sydonii pretium Merqꝰ plura post symbola huius tituli

Eruditio Symbolica.

1 Pomum Sodomisticum quod forinsecus pulcherrimum colorem habet, intus cinerem lem: Pulchra domus cineris.

2 Rubus spinarum horrentium spoliatꝰ foliis et flore lem: ex Ovid Conuemptae spinae cùm cecidere rosae.

3 Helenae vultus ad speculum lem ex Ovidio: Formae damnosa senectus.

PRAXIS.

Forma pulchra est exitialis.

Illecebris data species crudele est aucupium animorum et illa plurimorum oculos praedata, quae plurimis naturae charismatis praedita. Blandissima profectò haec est tyrannis, truculentissima adulatrix, hostis desideratissima, venesicium salubre ut Medaeas etiam in Iasone infascinare possit, quod ipse pòèta:

Et casu soli-

Et casu solito formosior Æsone natus
Illa luce fuit, posses ignoscere amanti. Ouid Met
Parùm certè deest pulchris vultibus, ut turpibus
Sitii assimilentur vulturibus, cùm atquè medullas et
cor depascantur. Habent crystallini virtutem.
sed et malitiam, vt Thersites encaustico vitro
quò magis pulchris solibus radiant, eò diriùs in
ipsum pectus oppositum ustivam exerceant poten-
tiam iuxta effatum Muntuanum, vritq; videndo, sic deco.
ra facies est acies, in cuius periculo etiam ipsi non subsi-
stant Hercules.' sic venusta facies et glacies, in qua
lubricatus incautè oculus gravem cordi lapsum im-
portat. Ipsa lubra ligant animos, ne restibus capti-
væ mentes egeant, vbi labia vitta coccinea funestas
loquuntur funes non dictiones. Oculi sunt vitrei
scopuli, cùm et frangant animos, et ipsi frangunt.
Deniq; vbi omnes vultum exornant charites, ibi occul-
tæ furiæ, quæ accedant lugubri titione nimis pro-
ximos in admiratione animos. Latet ibi hostis o-
cultus, vbi nimius in vultu cultus, ut Sulmonensis
Vates exclamet contra hos expolitos dolos. O faves
oculis insidiosa meis.' Ita formæ pulchritudo
artis et fuci plena non est incerta libidinis pro-
phetia &c.

Forma est corruptibilis

Formam et deformat natura; perenne hoc eius
opificium

opificium. Fragile enim est donum imprimitur cor-
pori purchritudo, ut si ipsum Ganymedem in gla-
cies sculpas facilè solari debeas vidio cum exponas.
Multa sunt hæc miracula naturæ ut non labra
rosæ, non colla pruinæ; non crines æquent violæ,
non lumina flammæ, et in tersos detergit nitores
vetustas. Nec diutiùs pictores laborant, prima in
suo opere eradendo lineamenta et tenue carbo-
nis vestigium ex sufflando, quàm turpis senectꝰ
iuveniles et deterendo, et detergendo in vultu
elegantias. Venusti et nomine et formâ. Nam cyssi li-
quidos tantùm decores suos adamant ut vix ipsis
speciem suam videre liquet, liquescant. Nempe quid
quid gratiarum indulget venustas, turpis totũ
devastat vetustas. Carpunt seniles anni vernã-
tes gemmarum flores; arat anilis ruga vir-
gineam frontis aream; hebetat vivacem pu-
pillæ vadium laxata senio palpebra, ipsaq́
laxant spectacula visus; ipsos eburneos denti-
um ordines senectꝰ exedit, ut morti arride-
re videat, senex, qui iuvenili decore Nym-
phas olim ad invidiam excitabat. Sic grãtis

Et roseo flammatꝰ purpura vultu
Et gemmis lux maior inest et bládꝰ aurũ
cum omnia edax vetustas decoquat. §

Titulus

TITVLVS. 2dus

De Fortuna.

Eruditio Varia.

Demosthenes in clypeo suo, bonam fortunam pingebat. Atheneus.

Caligula per summam iactantiam appellabat se esse os fortunæ, quod etiam Seneca dicit de omnibus principibus, quòd p illorum labia fortuna loquatur omnia bona ad subditos.

Galbæ fortuna apparuit lassata et profuga, ac nisi ab ore reciperetur, cuicunq; obvio se adhæsuram dixit. Svetonius.

Imperatores Romani simulacrum fortunæ semper occultum et tanqm in carcere servabant. Giraldus.

Benè politicus de fortuna dixit: Ut ancillis n patebant Maturæ limina, nisi uni quàm matronæ colaphis urgebant: ita rarò fortuna pauperes in templum suum recipit, nisi

quòd ad publica ludibria destinat. Barclai 188
Sejanus nimios optabat honores, unde altior
esset casus, et impulsæ præceps immanis ruinæ. Juvenalis Sat: 10
Julius Cæsar fortunatus erat, ut illi non sufficeret fortuna serviendo, quod expressè poeta

— — — Neq; enim iam sufficit ulla
Præcipiti fortuna viro. — — Luc

Fortuna varia erat apud antiquos. imò Manens quæ alas sibi resolvebat, et ponebat, amotoq; globo rotundo, lapidiq; cubico insidebat et pone eam virtus. 2do Pingebat, equo insidens sine freno. 3tiò Itidem in equo velocissimo quam fatum arcu intento insequitur. 4tò Pingebat, apud Scythas sine pedibus. 5to Apelles cùm sedentem pinxit, interrogatus cur id faceret, respondit: quia nunqm stetit. 6to Apud Romanos duo simulacra fortunæ erant, in una ara unum bonæ, alterum malæ.

Nomina fortunatorum hæc sunt: Ataxer-

xes

xes, Hyperbolus, Giges, Tullus, Sylla, Polycrates, Timotheus.

Infortunati erant. Polycrates, Mithridates, Tarquinius Superbus, Paulus Æmilius, Baiazetes Turcarum Imperator, Crassus &c:

Eruditio Sententiarum.

Gravida est felicitas et alienæ auiditati exposita. Seneca

Non eripit fortuna nisi quod dedit Idem

Iniqua raro maximis virtutibus fortuna parcit. Idem

Segetem nimia sternit ubertas, rami onere franguntur, ad maturitatem non perveniunt nimia felicitas. Idem

Perpetua creduntur quæ in summum perducta maximè nutant. Idem

Ipsa altitudo summa attonat. Idem

Quæ dedit casus maiore cursu fugiunt, quàm venerunt, nec his portionibus quibus ad summa perventum est retro iri. Idem

Maxima quæq; bona sollicita sunt, nec ulli fortunæ minus qm optimæ creditur. Idem

Nihil æquè

so etiam carbaso beata Chersonesus obtineri, quæ nimis tumuerunt, frequentiùs ere-pare debebant, sic ex summo vertice non nisi ruina patet; sic in ipsa culmina grassantur tonitrua; sic circa regna tonat, verberantur vobera, vix ad fragores fortunæ humilia expergiscuntur. &c

TITVLVS. 25tus

De Iustitia, Iudice & Lege

Eruditio Varia

Cato ita iustus erat, ut sola eius sententia absq; eius executione satisfuerit ad plectendum reum. Erasm

Aristides ideò ab invidis pulsus in exilium quod vulgo iusti nomen obtinuerint. Id

Themistocles dicebat se malle viam ducentem ad infernum ingredi quam illam quâ utur ad tribunal. Elianus

Iudices Athenienses in tenebris iudicabant ut personas ita intueri dediscerent ad æquitatem. Idem

Apud

Apud Aegyptios iudices iurisdictionem suam fundentes iurabant se nihil contra legem acturos etiamsi ab ipsis regibus præciperetur. Plutarch

Poëtæ finxerunt Jovem consilium petere ab universo Deorum senatu, cum de plectandis hominibus ageretur; cum autem de miserendo neminem, nisi se solum adhibere. ~~

Judices Aegyptii ē collo imaginem veritatis suspensam semper gestabant. Theatrū vitæ hūæ

Romani duodecem tabulis cautum habuerunt, ut si quis iudex corruptionem accepisset, capite plecteretur. ~~~~~~~~ Ibidem

Cambyses iudici muneribus corrupto pellem iussit detrahi et in medio tribunalis sterni in qua filius puniti iudicis sederet, ut paterni memor supplicii scelus devitaret. ~~ Ibidem

Apud Romanos lege cautum erat: Et sordidissimis vestibus induerentur, qui causas haberent in iudiciis, ne suo splendore frangerent iudicum constantiam. ~~~ Barclaius.

Sub Honorio dicit pöëta: Omnem iustitiam maturius tractatam quam antè eius imperium

Firmatur senium iuris priscamq; resumunt
Canitiem leges — — — — Claud

Leges contra naturam statutas quaedam apud pöëtam conqueritur. ~~

Humana

Humana malignas
Cura dedit leges et quod natura remittit
Invida iura negat — — — Ovid

Iudices severos et æquo ridigiores nec nisi ex severa regula iuris nihil ex clementiæ indulgentia facientes carpit pòéta:

— — — — — Dat sancita Draconis
Lex calamo torvique stylo properata Lycurgi
Legiferosque Numas dat et acres ore Solones. Luc

Sub Othone unum tantùm diem iustitiæ fuisse Historicus innuit dicens: Insignis publica severitate dies, ne privatim quidem laude caruit, quod Senatus Romanus in illa iustitiam cuiquè administraverit. ~~ Tacitus

Sub Galba non æquitas, sed potentia triumphare solebat, ut Historicus: In iudicio variè iactatum prout potens vel inops reus incidisset infirmum, aut validum retinebatur. ~~ Idem

Eruditio Sententiarum.

Iustitiæ reges olim sunt fine creati dicere ius læsis iniustaque tollere facta. ~~ Claud

Iustitia utilibus rectum præponere suadet, communesque sequi leges, iniustaque nunquam larviri sortiis. ~~~~ Idem

Vitiis à stirpe recisis elicit oppressas tenebroso carcere leges iustitiæ. ~~~ Idem

Omnia subsidunt meliori pervia causâ. Id
Turpe reos emptâ miseros defendere linguâ, ef
ficiunt turpes, turpe tribunal opes. Ovidio
Iudicis officium est, ut res, ita tempora rerum
quærere. Idem
Non benè conducti vendunt periuria testes, non
benè selecti iudicis arca patet. Idem
Cavendum ne iisdem de causis alii plectant,
alii ne appellentur quidem. Cicero
Qui statuit aliquid parte altera inaudita &
quum licèt statuerit, haut æquus fuit Sene
Feliciores sunt improbi supplicia luentes, qm
si eos nulla iustitiæ poena coherceat Boëtio
Dix quisquam adeò mali expers est, ut aliquâ
mortem non mereatur. Tacito
Tanta insit iudici veritas, et severitas, ut peril-
lam nihil ingravetur, per hanc nihil ignoscatur. Id
Iudici tam leve aurum videatur, ut recti lan-
cem non inflectat. Thesau
Omnis aditus obstruatur gladio sceleste, ut
confugere nequeant, scelera fugiant. Idem
Ad pœnitendum properat qui citò iudicat Id
Quicunq; summis arcibus imperas incerta
legum iurgia dividis, causasq; temperas
rixas et stabilis pia iura regni, tardo moveri
iudicium ambitu edisce præses. Ines
Nemo medicorum tyrannus audiit, cum pu-

trido

trido sanguine tumentes venas incidit. Id

Nihil magis suspectum in iudicio quàm paupertas. Id

Remotâ iustitiâ et æquitate nihil sunt regna, nisi quædam latrocinia. Id

Quicumq; ab hominibus iustitiam expectat, nescit à quo tempore Themis cœlum ascendit. Eur.

Nemo in discrimen fortunarum vocato suppliicare iudicibus dubitat et vel torvos asperosq; mulcere vel dulcedini ambitionis apertos multa laude et venerationis fastu tanqm cibo satiare Id

Nihil publicæ utilitati magis infestum quàm cum iudices ius dicunt ex magnitudine munerum, aut litigantium gratiâ. Id

Si iudex de populi malis opes, tunc omninò reipublicæ corpus sub illis medicis plus remedio quàm vulneribus laborat. Id

Pestis est lenta et modesta crudelitas ipsa consuetudine excusata productas in forum causas longis nodis impedire, et infinito ac velut velut religioso ordine ad exitum serò perducere Id

Iudices plerumq; vastandos uberiùs ministris suis miseros tradunt patronosq; et magnam clientum gentem miseris saginant et pastu perenni implent. Id

Iudex debet esse angelus qui omni consanguinitate caret. Naxera.

Plerumq;

Plerumq; litigantis manus, non iudicis labia
sententiam et verba formant. Id
Nummorum patrocinium adeptus impunè
peccat quasi pecunia sit scelerum baptismus
ac reatûs. Idem
Sæpè â iudice causæ qualitas pensatur ex
munere. Idem
Qui malos sustinet non clemens dicitq; d ingratq; Id
Non ira sæ perversis non est pii animi d infirmi Id
In gloria laus nociva potestas indecorum pro:
brium iniqua pacientia. Id
Exorari in virtutis perniciem sæva bonitas est Id
Familiariter domestica aspicimus et semper
in iudiciis favor officit. Celada

Eruditio Symbolica.

1 Pius 3tius symbolum habuit: ranam oleæ cũ
virgis betulæ lem: Pœna et præmium
2 Eugenius habuit symbolum: bilanx et ulna
lem: Redde cuiq; suum
3 Sparta nullo muro fortis, sed legib9 lemma
ex Claudi: Rigido munita Lycurgo.
4 Manq; lictoris fascem virgarum adictum
elevat, et in aere tenet lem: Suspende furorem
5 Gladius quem iustitia acuit cote miseri cor:

dia

dia hebetat lymâ lem: Inter utrumq; tenet
6 Cyrna Rhadamanti lem: Soli damnosa nocenti
7 Astræa bilancem tenet in una mundus in alte-
ra eius gladius totum orbem præponderat lem:
Nulli æqualis æquus.
8 Bos in collo attrito iugum nõ sentit lem: ex
Ouid: Sensumq; mali detraxerat usus.

PRAXIS.

Indiscriminatim in omnes reos ad-
vertendum.

Fortiore dexterâ stringendus mucro, ubi du-
rior resecanda cervix; acutior vibrandus cha-
lybs ubi hebetandum crimen et legibꝰ refrac-
tarium debet refringi collum. Totis viribus
legum opprimendus qui eas et ne peccata re-
gnent, peccatores mancipandi iuribus. Re-
vellenda sunt â trunco male sana capita cũ
leges convellunt, amputanda stirpitùs dũ
mala radices altiùs arbor agit. Iustum porrò
est virtutis iniuriam alienâ pensare vitâ, ul
timus ei elidendus spiritus, qui nihil boni
spirat. Pulcher et virgineus est iustæ The-

midis

midis color pessimorum rubere sanguine. In multis tamquia fortuna peccat suâ paupertate, fortuna etiam plectitur, potentia sine crimine peccat. Si ad areopagum provocetur, et ibi nesciunt iudices causas discernere in nullo tribunali potentiâ delicta condemnari possunt, quando se fortibus, et are fusis tuentur argumentis. Infirmitas causæ etiam agonizantis non timetur, dum remedia iuris acquiri, et emi queunt. Adeoq; peccata magnatum et virtutes miserorum si litigant causam perdent quia illis est pro scelere esse inferiores. Nullibi eleemosyna potentior quibus redimas peccata quam incorrupto iudicio oblata munera ex tunc sibi innocentiam emot scelestissimo quibus si venalis in foro prostat. Senatoribus non dispares eiusmodi iudices qui lepores in casses pellunt, adversus leones et variùs et formidolosiq; proficiscuntur.

TITVLVS. 20tus

De Labore.

Eruditio Varia.

Pertinax Imperator dum gubernaculis imperialibus admotus esset tribuno militum hoc

dedit

dedit symbolum: Militemus

Severus autem successor eius subiunxit aliter laboremus ut ostendisset duobꝰ modis sustinerꝑi respub: labore et exercitio militari Stobæus.

China regio septuaginta milliones incolarum numerat, omnes tamen felicissimos, quod omnes laboriosos. ~~~~. Saavedra.

Alexander Magnus decem annis pingebatur ab Apelle fulmen in manu tenens, sed ita acuratè, ut diceretur esse passim duos Alexandrꝰ, unũ â Philippo genitum, alterum ab Apelle .. Plutar

Apud Brachmanes quilibet triginta septem annis studere debuit, et qui in hâc assiduitate ꝑ manserat aureo induebat paludamento Saave

Sophocles, Plato, Isocrates, Diodorꝰ Siculꝰ, Juliꝰ Cæsar toti in laboribꝰ scholasticis erant, ex quibꝰ ne Diodorꝰ in describendo orbe erraret, totam Asiam et Europam peragravit.

Diogenes Cinicus cuidam admoneuti ut iam senex quiesceret â laboribꝰ, quid ni (inquit) si in stadio currere vitam oporteret, iam metæ vicinũ cursum remittere an magis intendere oporteret.

Struthio habet sub alis aculeos quibꝰ seipsum pũgit ut vehementiùs currat. Plinius lib: 10mo

Ad laborem strenuè obeundum plurimum valet suavis invitatio et nemo sibi parcet cum omnibꝰ indulgebit præses, quod in nautis Mnesthei videtur.

olli

— — — — Olli certamine summo
Procumbunt tunc creber anhelitus artus
Aridaq; ora quatit, sudor fluit undiq; rivis.
Vir Sto Aneidos

Eruditio Sententiarum.

Semper actuosa sunt heroum mentes Tacit
Natura magnas difficili loco res collocavit præmia in arduo stant fixa. Avantinus
Quo nundinaris vulnere gloriam illo peribis; gemmam avarus quam rapies, rapiere ponto. Id
Feras quod lædit, et quod delectat, auferas. Syrus
Regi qui otiosas manus habuerit facilè ex iisdem sceptrum elabetur. ~~~ Saavedra.
Coelum imitari debemus cuius orbes motus suos continuant. ~~~ Idem
Et vitium capiunt ni moveantur aquæ Ovidius
Ad potiendum plurimum est paciendum Varnerius
Sua ex cuiq; exorsa favorem fortunamq; ferent Elius
Dum vires annique sinunt, tolerate labores, iam veniet tacito curva senecta pede. ~~~ Ovid
Tempore qui longo stetit male curret, et intercaveibo missos ultimus ibit equos. Ovid
Vertitur in teneram cariem vimisq; dehiscit si qua diu solutis cymba vacabit aquis. Id

Excutant

Excitantur quidam ad meliora magnitudine rerum hebescunt alii. ... Tacitus

Nautam severi torva licentia Neptuni, et iræ prodigialium matres procellarum gravique Oceano rabiosus Curo commendat. ... Avantius

Et non sentitur sedulitate labor. ... Cundio

Dulcis sine pulvere labor palma. ... Horatius

Eruditio Symbolica

1 Sol in cancro, ubi est eius suprema sedes lemma: Et in auge laborat

2 Mustella se rutæ ramo contra bufonem munit cuius odore is enecatur; alias mustellam halitu enecturus lem: Amat victoria curam

3 In meta corona ad quam per stadium contendit multi candidati lem: ex Lucano: Juvat empta labore gloria

4 Per scalas ad colossum applicatus ad coronam in eius vertice ascenditur lem: ex Lucano: Magno sibi constat honestum.

5 Camelus sarcinas baiulat lem: ex Lucano: Gaudet patientia duris.

PRAXIS ...

Labor improbus omnia vincit. ...

Imagine

Imagine et solo monstro laboris humana desidia
terretur; moles videtur mollibus quæ umbra
est. Non enim res ipsæ sed nos graves sumus
ad supportanda levia earum enervi: Cernùn
enerves tantùm animos pericula terrent, qui o-
culis metiunt, labores non emetiunt. Studio et
palpebris palpant non manibꝫ se ipsos ungunt.
Neq; Dalmaticus fossor in viscera suorum mon-
tium sine molestia venit, ut ex illo divite gremio
sine ligone thesaurus exportet, neq; divitis Cry-
sti studiosus institor, pelago uniones piscatur,
si se profundo tingere formidabit. Non molle
igitur attrectemꝫ brachio quod laborem obiit
et omnem demem̃ obicem. Etiam Sysiphi sa-
xa non rude laboris pectus evolvit, ut illis
nomini suo memores incidat literas. Alias
nunquam indolatum marmor suum rigorem
poneret si malleus indomitam eius timeret du-
riciem, cùm tamen in Memnonem efformatur, lo-
quitur. Et adit é vadis et scopulosa pericula in
ipsa fatorum indagine deprehensa navis tri-
umphat. Læta tumescentes æquoris audit a-
quas, si totis incumbant pectoribꝫ remiges ut
victricem procellarum in pacato littore secu-
ris evinciant funibꝫ et defatigatum, malum ma-
lorum victorem religent. Et mollit sibi etiam

per sui

Emollit etiam per silices scrupeum iter: impi
ger stadiodromus, omnem percurrit sale-
bram Athalanta, ut se desponset gloriæ &c

TITVLVS. 27mus

De Liberalitate.

Eruditio Varia

Lesecus 2dus ita munificus et liberalis, ut egere
ipse malet quàm tristem aliquem â se dimittere. Gromerg
Pertinax Imperator nomen suum rebg propriis
inscribi prohibuerat, dicitans nihil suum esse
sed omnia communia amicorum. Cuspianus
Scipio Africanq servos suos in forum dimittebat
ut convocarent eiusmodi qui munificentiam
domini sui vellent experiri. Valer: Max:
Persarum Reges tot servos alebant, quot dies in
anno liberalissimè habitos. Alexander ab Alexan:
Cleomenes et Ptolomæus rex Ægypti adeò bene-
fici fuerunt, ut benefactorum nomina optinue-
rint. Idem
Cyrus Persarum rex appellabatur â subditis
pater ideò quod in eos liberalis erat. Heradotg
Jucundo sale pöeta hæsitantem in suis gratiis
Cynnam alloquitur:

Primum est ut præstes si quid te Cynna rogabo

Illud deinde sequens ut citò Cynna neges.
Diligo præstantem non odi Cynna negantem Martial
Utelli liberalitas siniſtrè accipiebatur ab invidis
nempè quod sine modo sine iudicio donaret sua
largietur aliena. ... Tacitus
Cymon ob munificentiam dictus est inter Græcos
beatiſsimus et diuiniſsimus homo. ... Paulanias
Sylla iactabat se quod nunquam ab ullo benefi-
centiæ fuiſset superatus. Aelianus
Honorii liberalitatem et largam manum sicce-
lebrat pœéta:
Quippe velut denſo currentia munera nimbo
Cernere semper erat, populis undare Penates
Aſſiduos intrare in opes remeare Beatos
Præceps illa manu fluvios superabat Iberos
Aurea dona vomens. ... Claudian
Hæc liberalem ſignificabunt.
Docuit arcanos Nili deprehendere fontes. Item
& dolio haurit. Item Effuſo sinu donat mul-
ta cum Tito et Traiano spargit. Item Miſſili
bus aucupatur humanos affectus. Item Cre-
bra apud eum Chariſteria. Item Cum ipso
Caniſtro offert. Item Ambab dextris donat It
Omnes cornucopias evacuat. Item Magis pro-
nus quàm Condus. Item
Non tot humenti pede tranſit arva
nilg

Nilus effusis spaciatus undis
Induit non tot phariis tumentes
Messibus agris
Quantus hinc atq; hinc bipatenti rivo
Pauperum turbas per et obligatos
Numini coetus ruit hospitalis
More Clitumni Ranon

Eruditio Sententiarum...

Ita te aliorum misereat ne alios tui misereat. Cicero
Alienis etiam nasci commodis debuimus. Sen
De nostro lumine alteri accendendum est ita
alteri tamen ut nobis luceat. .... Idem
Qui liberali sparsit opes manu, servat. Ines
Facundo ille locat solo, qui Musas alit, et pau-
perem Apollinem. .. Avantino
Necessitas presens preteritam accusat libe-
ralitatem. .... Saavedra
Nullibi pecunia melius quaeritur, nisi ubi facundis-
simè expenditur. .. Barclaius
Cuius est quidquid est omnium tantùm ipse
quantùm omnes habent. .... Plinius
Et sol dies non parte aliqua sed totus, statim
nec uni aut alteri sed omnibus in commune pro-
fertur sic beneficus animus. Plin: in panegy Trajani
Si Deos imitaris da etiam ingratis nam et
sceleratis sol oritur et pyratis patent maria Sen

Quod in

Quod in paucos effunditur multis deesse solet Suave
Nescit semel incitata liberalitas stare, cuius
pulchritudinem usus ipse commendat Plin
Nulla principium maior est felicitas quàm
fecisse felicem. Pacatus
Nihil largiatur princeps dum nihil auferat
tamen alat, dum non occidat: Contra largiat
et auferat occidat et alat Plini: in Troiani pane
Hoc reges habent magnificum et ingens nullo
quod rapiat dic.s prodesse miseris. Seneca.
Quando se spontè fundunt munera, et obvias
necessitates non vocata præveniunt sæcula
emunt Sibyllæ factaq; provocant. Auan
Nulla placere munera quæ metuens, illis quos
sprèverit offert, servus, et incassùm servati pro-
digus auri. Claudian
Obscurat veteres, obscurabitq; futuras par donis
armisq; manus. Idem.
Hercules plebem sonantum colligat aureo ne-
xu catenarum, et revinctum attonita trahit
aure vulgus. Sarbievi
Magnetis aurum si subeat vices, trahent enses,
fortior est manus onusta donis. Ines.
Non pudet Herculem sub signis Achil-
les munifici meruisse Martis.. Idem
Carò venditur beneficium qui precibus vendat Sen
Qui tumidè vocat docet negare: qui audacter ne-
cat docet tumidè vocare. Idem

Maiora

Maiora petitis: Credibile est magnos sæpè dedisse Deos. ... Ouid

Eruditio Symbolica. ..

1 Mons nivibus opertus, quà iam solutâ in valles diffluunt lem: Totum sicientibo aruis.
2 Pineus: lem: Quicunq; siciet
3 Sol dormientibus adhuc per fenestras immittit radios lem: ex Clau: Non expectantibo ultrò
4 Paris pomum aureum Veneri offert lem ex Clau: Pretiis commertia ponit amorum
5 Theseus filo aureo ex Labirynto ab Arigâdna educitur lem: Non oberro, dum sic obærās

PRAXIS.

Liberalitas ditat liberalem. ..

Thesaurisat sibi munifica manus, quid in alienos erogat usus, et quas dederit solas semper habebit opes. Nec enim ditius usquàm gazophilatium gm in amicis pectoribus suos deponere census; Unde certi amorum proventus. Pauper eris nec semel inviso votum damnabis in auro, Mydas ni das et spargis in communem usum. Quid enim gravidæ thesauris arcæ suo parturiunt heros? nisi sordidum plutum cui obstetrix cum

obstat

obstat auaritiæ magnum gloriæ et famæ par-
tum impedit dum nihil impendit. Melius di-
viti stillicidio aureus in Danaen diffluit Iu-
piter ut non solùm Perseum hæredem suum ha-
beat, sed et ipsi diuino impendio gloriosior cum
illo adolescat fama. Sic una manus potest pare-
re nomen, et quidem sine dolore cum ad tam
illustrem conceptum edendum plus acceperit
dandum; quod verò cum dolore parturit spicu-
losum progignet erinaceum, qui matrem suam
confodiat avariciam. Naturam communem ne-
cesse sequi quæ nihil auaro abscondit sinu sed
totum profusa munificentia in nostrum dis-
pensat utile. Inde in maximo habetur censu, un-
de maximis homines et ditavit et dotavit censibus.
Magis aureum æstimamus Pactolum quod di
vite sabulo sese in nostram effundat utilitatē
quàm uliginosam Maotidem quod stagnet.
Discant triobolares in dotes largiùs impenden-
dam esse opes, ut inopes boni nominis non de-
pauperet in maius tenacitas. Magnus nundi-
nator famæ et nominis studiosus emptor, qui
ideò dispergit sua, ut omnium congreget amores.
Magnum enim videt mercimonium exercere
nominis qui aurum dispergit nec solas locuple-
tat arcas, sed fidis condit pectoribus. Adeoq;
proximum cum sole symbolum gerit, quod

uti

uti ille dum omnem impendit radium illustrando orbi nihil tam deperdit lucis, ita larga undoles quas profert opes ex illis refert gloriã fãnora. Sic quisque merce pecuniæ parvo redemptam munere gratiam mercatur, effusoq; princeps esse potest opulentus auro.

TITVLVS. 2 quus

De Libertate.

Eruditio Varia.

Brutus dicebat alterutrum sibi ex duabo esse in voto: Aut uitam liberam, aut mortem gloriosam Brutho

Cicero nihil optabat magis quàm ut liberam moriens videret rempub: et ut omnes de illa bene mererentur. Cicero in Philippicis

Epictetus nullum dicebat esse servum qui animo esset liber. Brusdus

Primus de plebe Marius, et nobilium sedicioßimus Sylla victam armis libertatem in dominationem verterunt post quos Pompeius occultior non melior. Tacito

Sub Othone coacto in curiam senatu arduus omnium rerum modus omnes se gerebant ita, ut nec contumax silentium vel perinax liber-

tas

tas appareret. Idem

Romani primum sencientes iugum, nesciebant quo eorum libertas evanuisset, ut apud poëtam dicunt:

— — — Redditurque nunquam
Libertas ultra Tigrim Rhenumque recessit
Ac toties nobis iugulo quaesita negatur Luc

Julius Cæsar putabat esse feliciores sine libertate gentes, quàm Romanos, qui ea gauderet ut ipsemet apud Lucanum:

Felices Arabes Medique Eoaque tellus
Quàm sub perpetuis tenuerunt fata tyrannis
Quos servire pudet sors ultima nostra est.

Brutus iam agonizans exprobranti sibi Julio Cæsari quod ultimus fuisset libertatis vindex, respondit: Eam etiam apud inferos se esse propugnaturum in qua et moreretur:

Magno duce liber ad umbras
Sat securus eo te saevo Marte subactum
Pompeioque graves poenas nobisque daturum
Cùm moriar sperare licet. Luc

Pompeius iam mortuus pro libertate et incolum translatus inde residua sua castra spectans et bellum contra libertatem à Cæsare susceptum vindicaturus suam quasi animam in Brutum et Catonem transfudit, ut in eorum mentibus

operaretur

operaretur contra Iulium, sicut Lucanus:

— — — — Scelerum vindex in sancto pectore Bruti
Sedit et invicti posuit se mente Catonis.

Quid ex parte Iulii Caesaris Metellum pro libertate stantem instruit, ne ita mordicus liberi esse velint Romani, quod nomen tantum libertatis ut praeferant.

Libertas populi quam regna coherent
Libertate perit, cuius servaveris umbram
Si quid iubeare velis. — — Lucan.

Tales erant libertatis tutores temporibus Seneca, ut ipsemet de illis dicit: Non vides quemadmodum eos in praeceps agat extincta libertas, et fidos in obsequium submissa dum nemo ex animi sui sententia suadet, dissuadetque; sed ululanti certamen est, et unum amicorum omnium officium, una contentio, quibus blandissimè fallant. Seneca

Spartacus è viris sexagintia ex carcere erumpens, et pro libertate pugnans totam Italiam collecto exercitu planè funestaverat. — — Appianus

Ceteres mancipia sua in libertatem asserendo pileis donabant, unde apud illos proverbium erat: Ad pileum vocare, id est libertatem dare. Erasmus

In coronatione regum Galliae aves ex clathris vimineis dimittuntur, quasi porrecta Principis gratia in inanimantes aut velut plena subditis libertate ~~subditis~~ sub bono principe. Freinundo

De abusu libertatis Romanorum sic Seneca habet

bet: Observatur oculis latissima forma reipub:
cui ad summam libertatem nihil deest nisi pe-
reundi licentia.

Cato inducitur â Poëta loquens cum Brute loquens:
Cicile iam propter sartam libertatem cuius tunc
iam non nisi nomen erat apud Romanos ut idem pò
éta:

— — — — — Iuvat ignibus atris
Inservisse manus, constructoque aggere busti
Ipsum atras temuisse faces nonante revellar
Exanimem quamte complectar turumq; Roma
Nomen, libertas et inanem prosequar umbram Lucan
Romana vax est et omnis qui suam libertatem amat:

— — — — — Patiar ne adire Satellis
Qui leges aliis libertatemq; reduxit. Claud
Libertatem oppressam primus asserverat Brutus un-
de â pòëta hoc meruit carmen.

Libertas populi primo tunc consule Bruto
Reddita, per fasces hic fascibus ipsis
Expulit servitium. — — — Claud

Eruditio Sententiarum.

Libertas dicitur res vitâ optima. Diogenes.
Liberæ hominum mentes sunt, nec ullis legibus cogi
possunt velle, quod nolunt. Barclaius.
Etiam fera animalia si clausa teneas virtutis obli-
scuntur. Tacitus
Paucos servitus, plures servitutem tenent Sen
Nemo libertorum benè de libertate arbitratur. Ines

Liberi

Liberi animis impressæ seruitutis notæ iniuriæ admonent non obsequi. Barcla

Nusquàm benè liber est qui rubore tenet. Idem

Quò beata floret adorea coacta virtus. Ines

Fallitur & greio quisquis sub principe credit seruitium nunquàm libertas gratior extat quàm sub rege pio. Clau

Libertatemq; perosus conscia seruilis præcordia concutit horror. Idem

Quem non corrupit pubes effrena novaq; libertas properata togæ; ceu nescia falcis, sylua comas tollit fructumq; expirat in umbras. Statius.

Quod licet et facile est, quisquis cupit arbore frondes carpat, et é medio flumine patet aquas. Ouid

Non minus in publicam peccat pacem, vulgi sagina, et quædam imago nimiæ libertatis, quàm vel duriorum principum læva severitas. Bar

Pro legibus arma ferre iuvat patriis libertatemq; iueri. Lucan

Nulla sævit in armis libertas, iactataq; iugum Sil Ital

Non sonipes in bella ferox, noniret in æquor, turrigeras classis sparsura carinas, si benè libertas nunquam pro pace daretur. Lucan

Felix Roma diu civesq; habitura beatos, cumq; libertatis superis tam cura placebit, quàm vindicta placet. Idem

Rara temporum felicitas, ubi sentire quæ velis

lis, et quæ sentias dicere liceat. Tacitus
Nemo sibi speciosum titulum libertatis usurpavit, quia alienum servitium et dominationem concupisceret. Idem lib: 3tio Hist:
Multa documenta monent: eligendum esse servitium cum securitate, quàm contumaciam cum pernicie. Idem
Neguè vita ciuilis sine libertate constat. Inas
Naturâ inimica sunt inter se civitas libera et rex Livius
Ingenia melius se recta in laudem ferunt, si nobilem animum vegeta libertas alit. Seneca.
Ægra aut imbecilla mens nostra dum cogitur, tunc aut obruitur aut resilit. Celada
Cela dultro cupita per horri escim9 cogi. Idem
Nemini servire quàm omnib9 imperare gratius est. Ds

Eruditio Symbolica.

1 Equus liber exultim in pascuis hinc inde currens gramen degustat Lem: ex Clau: Suadetq; licentia gustũ
2 Compedem manus é nube monstrat altera gladium tenet lem ex Cla: Bella docent nulli servire tyranno.
3 Catenâ aureâ Hercules vulgi multitudinem trahit lem: Non benè pro toto libertas venditur auro.
4 Leo ex cavea erumpit et obstantes dissipat in venabula et molossos irruens lemma ex Lucano. Nihil non pro libertate subire.

BBA

PRAXIS.

Quilibet libertatem desiderat.

Rimas saltim quærit, cui Aheneus postis omnem et egressum et egressum clausit ne liberiori arenâ captivũ inferat pedem omnes pertentant cancellos quibus inclusa libertas. Multum enim de igne libera voluntas humana habet et dum captiva est, ita sibi in tormento videtur esse uti ignis in pulvere donec eum bellica fistula in flammas prorumpentem explodat; sic visco decerpta avicula pennas extrahit; sic expuit quem gustavit hamum captus pisciculus; sic gracilia crura melleis compedibꝰ vinculata evellit musca, nec amplius dulcem chimettum gustare desiderat, ubi presso attinetꝫ vestigio. Sic etiam humanꝫ animus in liberam auram concutit alasꝫ licet magnis innectatur vinculis. Sufficiens est quidem gemebundo turturi alimentum, sed dira in odia cavea toties palpitantibꝰ percutitur aliꝫ quoties interdixit volatum, dulce pabulum canariis passeribꝰ sed amara captivitas &c:

Alacriùs aguntur quæ liberè fiunt.

Sollicat mentem inconcessa voluntas, et semper pertinaciùs calcitrat, quoties illi duriores applicabis frenos. Quunt præpeti ungula velòces Pegasi, si illis laxatos remittas lupos; si torqueas collum et

divo

diro maxillas adstringas ferro modestiùs quidem sed etiam molestius vadunt. Voluptatis enim etiam in maximis celebris portio quædam est quando eas libero motu transire licet, nec volucres conatus quispiam inhibet. Volamus in ea quæ volumus, carceri ut insecendit qui invitus iter suscipit et coactâ protenditur orbita; Vix præludere facimus â coacto et invito. &c

Quæ interdicta sunt, magis appetunt.

Illicia quædam sunt omnia illicita; et magis sollicitant mentem quæ non solita. Dulcissima sunt omnia furta, non quia iam habita sed quia prohibita: Semper iuvat inconcessa voluptas ad clausam Danaen etiam coelum provocatur quia satelles draco et excubitores iuvenci divitem Colchorum lanam nimium custodiunt, Iasonem docuerunt rapere et furari. Furtivæ etenim voluptates sicuti aquæ dulciores sunt; et simul cum aquis quæ ab obice sæviùs ruunt, retentæ ad prohibitas illecebras, magis se propipiunt humanæ mentes. Langvescit etiam in malo permissa sibi libertas, magis irritat desiderium quod ei subtrahitur omnia prohibita putamus optima, et quæ non permissa, ea nos non volumus prætermittere irritamur, vetando.

TITVLVS. 2 gnus

De Lite

De Literis
Eruditio Varia

Plinius asserit primos Phœnicenses literas caluisse. Tacitus verò omnino ab Ægyptiis omnis eruditionis fontes emanasse.

Solon moriturus iussit coram se disputare sapientes dicens: Profundum exitium sibi fore, si et moriens aliquid ab eis addisceret.

Brutus tanto literarum ardore flagravit, ut ipsa etiam nocte, quâ moriebatur Platonis dialogum de immortalitate animarum legerit.

Mitylænei si quos populos subiugarent, nonaliam eis poenam surrogabant quàm ne liberos suos literas edoceret. Pausanias

Augustus Mutinensi bello quotidiè et legisse et scripsisse narratur. Suetonius

Numerianus Imperator, cui Mars in armis familiare numen gladium, citharam verò porrexit Apollo in bello occisus statuam habuit in bibliotheca cum inscriptione Numeriano Imperatori suis temporibus maximo Oratori. Saavedra

Apud Ægyptios nemo in regem eligebatur nisi Philosophus aut Sacerdos. Plutarchus

Apud Anglos etiam nefandissimus latro, si saltim scivit legere non puniebatur. Saavedra

Dicunt veteres Musas cum Hercule in eadem ara sacrificia sua habuisse. Natalis Comes

Nomi

Nomina Doctorum et Bellatorum.

Archites, Terentius, sexies dux semper doctus. Socrates, Plato Xenophon, Pericles et Epaminondas Graeciae propugnacula et eruditionis oracula dicebant. Scipio, Lucullo, Marcellus, Fabius, Julius, Augustus Romani imperii et simul literarum lumina et columina habebantur. Alphonsus Aragoniae dux rex dicebat principes sine literis statuae sunt, heroicam faciem praeseferunt, intus lapide aut plumbo plenae sunt.

Robertus Siciliae rex dicebat sibi litteras esse regno cariores. Petrarcha

Plato asserebat tantam esse speciem sapientiae ut si oculis corporis cerneretur miros esse amatores concitaret.

poëta nunquàm Julio Caesari assurrexit ni maiestatis illius immemor sed quod in studiis aliquantum se esse superiorem confideret Valer: Max:

Statim ab initio mundi literis addictum genus humanum fuit ut poëta testatur:

— — — — Magni primordia mundi
Et rerum causas et quod natura docebat
Quid Deus unde nives quae fulminis esset orsus
Jupiter, an venti discussâ nube tonarent Ovid

Miles debet esse doctus uti Caesari dicitur:

Nulla tuae Caesar celebratae gloria dextrae
Aut ferro aut calamo si caruisset erat. Thesaur

Eruditio

Eruditio Sententiarum.

Artibus ingenuis quæsita est gloria multis Ovid
Ingenuas didicisse fideliter artes, emollit mores nec
sinit esse feros. Idem
Musa nec insidias in se nec thracia tela, nec mare
nec ventos barbariamq; timet. Idem
Ingenium quondam fuerat pretiosius auro et
nunc barbaries grandis habere nihil. Idem
Etiam sine literis mors est, et vivi hominis sepul-
tura. Seneca.
Parum est præstanti ingenio nasci si nihil aliud est
quàm aptum ingenium habere nec illud literis im-
buere. Barclaius
In eruditum fata præmunt caput timent stagyrii Avan
Ingenium probitas artemq; modestia vincit. Statius
Impendiosis empta laboribus nescit sepulchris cedere
pagina, cui nec anni, nec properat cariem vetustas. Ioan
X se speciosus plerumq; docta Palladis artibus indul-
get et pulchre ligari fædere gestiunt libris hasta. Ines
Palladis præda est honor. Avancinus.
Illustris animus Pallade et mens aurea Lares me-
retur aureos. Idem
Ingentes animos quos adamantina subrexit sapi-
entia fortunæ iaculum mitius impetit. Idem
Studiis tutento animo cætera speciosa sunt proba-
tas necessaria. Lipsius
Frustra comantum per iuga collium superba lau-

ru tempora cingimus inculta si virtus inerti squalet humo. Ranon.

Felix curarum cui non Heliconia cordis serta, nec imbelles Parnassi e vertice laurus, sed viget ingenium et magnos accinctus in usus ferr animus quascunq; vices. Statius

Nullus Castallios latices, et præscia fati fulmina polluto barbarus ore bibit. Claudianus

Eos, qui literis imbuti diligenter, sapientia in disciplinam suscepit, et cum iis amat felicitas rusticam. Bar

Generosis mentibo et nihil præmirabili arte æstimantibo paupertas, et quoddam in studio suavitas negatis in naturæ secreta pervaserunt. Barclaius.

Multi magis incessant Musas, quàm colunt. Idem

Arduum est posse eundem et belli et pacis laudibus clarære. Diogenes.

Contemnit aeri prælia masculi Apollo Martis, nec decoram parens Minerva Bellonam sequestrat à propriis inimica signis. Dries.

Operose nihil agunt, qui in literarum inutilium studiis detinentur. Seneca

Sapientiæ nocere non potest, nulla delebit ætas præsens nulla diminuet sequens. Idem

Onerat discentem turba non instruit multoq; satius est paucis te autoribo tradere quàm errare p multos. Idem

Hoc unum immortale contigit mortalibo sapientia et virtus. Idem

Alit lectio ingenium, et studio fatigatum, non

sine

sine studio tamen reficit. Seneca
Sapientem non casibus hominum excepimus, ei
erroribus nec illi omnia ut voluit cedunt sed ut
cogitauit. Idem
Et muri Babylonijs et Numantiæ mœnia habent
hostile vestigium, illaq; sapientem tuentur, â flam
ma et ab incursu tuta sunt nullum intritum ha-
bent excelsa inexpugnabilia Diis æqua. Idem.
Sapiens vicimus proximusq; Diis. Idem
Securitas proprium bonum sapientis est Idem
Sic illud de docto et bellicoso Cæsare:

Tu modò bella geris numeris, modò bella coeres
Quodq; aliis opus est, hoc tibi laus erit
Sic tibi nec docti desunt nec Principis artes
Mixta sed est animo cum Jove Musa tuo Ouid

Excellentibus ingeniis citius defuerit ars, quâ
civem regunt, quàm quâ hostem superarent. Livius
Gaudent æreis fodere censeri Verbena rutilis
fascibus et minimis quas dives pretii gemmeus
aspero error dividit alveo. Manon
Exornant magnos carmina sæpe Deos. Ouidius
Cedunt carminibus reges regumq; triumphi, ce-
dat et auriferi rippa beata Tagi. Idem

Dicta significantia doctum et eloquentem

Grande et immutabile tantis pondus adest ver-
bis, et vocem fata sequuntur. Statius
Inclyta Nestorij cedit tibi gloria mellis Lucan
Tu triumphas novus orbis Orpheus corripis

blande

blande violentus aures . Ranon

Alter hic Nestor sonat, alter Orpheus verba de
volvens animos triumphat, alter optata Cyneas
perorat fœdera pacis. Idem

Superba non tot creta monilibq non tot smaragdis
fulgurat India arguta venustas, quot teretes ru=
it ore gemmas. Idem

Tibi decenti tænia coxino adstricta fertur verba
fidelibq servare nodis, et rubenti eloquium co=
hibere vitta. Ines.

O quis latinæ fons opulentiæ exuberanti vuiclq
impetu bacchatur, et limphata secum corda rapax,
animosq; volvit. Sarbievius

Quis temperatæ fulmine copiæ siticulosis influit an
~~rivis facuntq; amnes torrente lingua nunc apertis ingenii spaciatur~~
arvis. Idem

Nunc profundo volucris alveo sententiarum, nunc
gracili fluit torrentæ lingua nunc apertis spaci
atur arvis. Idem

Dicta & epitheta apposita admodũ Oratori.

Civilis Attica. Cigneus modus. Colores et ce=
russæ Rhetoricæ. Veneres loquendi. Charites
verborum. Arguitus laconismus. Sacharites Ser=
mo. Mellea dicta.

Item significantia Vehementiã loquẽdi

Hinc solido fulgore minantia verba implevere
locos, hinc exornata figuris advolat excusso ve
lox

RKps. Nr. 458.

K. 204.

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.